GENUINA RATIOCINATIO

Circa Decretum ejusque Executionem

IN

NEGOTIO THORUNENSI

Anno MDCCXXIV. agitato

Ab amante Veritatis & Legum Patriarum Cive

Luci publicæ data

Anno MDCCXXVI.

COLONIÆ.

JUSTUM EXAMEN GENUINÆ RATIOCINATIONIS

Circa Decretum ejusque Executionem
IN NEGOTIO THORUNENSI
Anno MDCCXXIV. agitato
A Legum Borussicarum magis tamen humanarum atque Christianarum
Cive
Omnibus æqui verique Arbitris
publice exhibitum
ANNO MDCCXXVI.

COLONIÆ.

Lectori
S.

POſtquam cruentus ille Thorunenſium Caſus, qui fama ſui univerſam Europam implevit, abhinc anno & quod excurrit, eveniſſet, diverſis, ut fieri aſſolet, hominum Judiciis Studiisque exceptus fuit; laudantibus aliis, Juſtitiamque Facti tuentibus, aliis reprehendentibus, illudque Juſtitiæ & Æquitati, ac Paci cumprimis Olivenſi adverſari aſſerentibus.

Inter priores generis Scriptores primas fere tenere creditur Auctor GENUINÆ RATIOCINATIONIS, ita enim,

Tractatum inscripsit, quo Causam Judicii Assessorialis ut quæsitis Eloquentiæ floribus, ita specioso Rationum Apparatu ornandam suscepit. Hanc ipsam verò ejus pro Sangvilento Decreto Apologiam discutiendam sibi sumsit Auctor JUSTI, quod vocat, EXAMINIS, *Ratiocinatorem* prædictum presso pede sequens, ejusque Rationibus Rationes suas masculè opponens.

E re itaque Lectoris fore existimavi, si *duo* hæc *Scripta* juxta se posita, ita Oculis ejus exhiberentur, ut facili ex ipso intuitu Collatione, de Argumentorum Pondere, & Causæ Justitia rectius Judicium ferri queat.

Tu, Lector, nostro de Republica Literaria bene merendi studio, fave.

EDITOR.

Genuina

Genuina Ratiocinatio &c.

NUlla facile poſt hominum memoriam ſententia tantos peperit ſtrepitus, animorumque motus, quantos ea, quæ ſuperiore anno in cauſa tumultus Thorunenſis pronunciata, executionique eſt mandata.

Juſtum Examen Ratiocinat.

NOn excedit ſane hominum memoriam, *quod Urbi primariæ Livoniæ propter ſimilem tumultum à Jeſuitis excitatum, per Decretum Templum fuerit adjudicatum, & Jeſuitis traditum, ob hanc enim cauſam Urbs illa, (quæ intra 39 annos prope quadringentas controverſias forenſes apud judicium Regium cum Jeſuitis agitandas habuit) eousque impatientiæ proceſſit, ut prima ſe Suecis tradiderit, initiumque ſeceſſionis in Livonia à Regno Poloniæ fecerit. Ejusmodi autem*, ſtrepitus, animorumque motus, *quæ tamen prioribus non ſunt æquiparandi*, non peperiſſet Sententia contra Thorunenſes lata, *ſi ante* Executionem, *ubi integrum erat, hæc omnia evitare, monitis prudentiſſimis atque ſaluberrimis Legatorum Pruſſiæ locus fuiſſet datus, nunc vero de iis conqueri, atque ut ex* hominum memoria aboleantur, variis excuſationibus *anniti, penitus ſupervacaneum.*

Ex ipſis Catholicis nonnulli, negotio nondum ſatis perſpecto, naturali hominibus miſeratione ducti, nonnihil durius hic actum exiſtimaverunt.

Ipſe Rex Catholicus, *cum Nuntio Apoſtolico, adeoque* Catholiciſſimo, negotio ſatis ſuperque perſpecto, durius *imo duriſſime* actum exiſtimaverunt. *Neque aſſenſum ſuum Princeps mitiſſimus huic ſententiæ præbuiſſet, niſi in terrorem hæc poſita ſaltem eſſe, ipſi perſuaſum fuiſſet, & niſi Nuncius Apoſtolicus, Executionem eorum literis ſe impediturum eſſe, ſpopondiſſet.* Negotium autem ſatis notum erat, *ut* ipſi Catholici, *qui propter eadem ſacra à præjudiciis immunes videri poterant, ſine omni errore juſtisſimum de eo judicium ferre potuerint & adhuc ferant:* Durius imo duriſſime eſſe actum.

Cæteri

Genuina Ratiocinatio &c.	Justum Examen Ratiocinat.
Cæteri vero ab his sacris alieni, ad primos de ea rumores, adeo adversus nos præoccupati sunt, ut ne expectata quidem penitiore rei cognitione, hanc judicandi rationem, tanquam inexcusabilem, injustam, crudelem ac barbaram, sermonibus ubique differrent; nec in judices modo, sed & in universam Remp. Nostram summa vehementia, ac acerbitate invecti, eos, in quos tamen nulla ipsis jurisdictio competit, in antecessum inauditos condemnarent. Imo rem nimium quantum exaggerantes, tanta cum invidia representarunt, ac si omnibus Principibus, Rebusquepublicis Protestantibus, iis præsertim, qui pacem Olivensem, vel pepigerunt, vel pro ea fidejusserunt, hac de re satisfactionem flagitandi, & sumendi etiam, non solum jus esset, sed & obligatio incumberet. Neque res intra fines privatarum representationum substitit; ex ipsis Aulis etiam Protestantium Principum, nonnullæ eousque commotæ fuerunt, ut non mitius de ea re judicarent, & multis comminationibus additis, ac sub eventuali propemodum belli denuntiatione, sententiam hanc post ejus Executionem etiam rescindi & immutari, aliaque adhuc majora postularent.	*Non diu abhinc Summus Pontifex atque Sorbonna Parisiensis* ab his sacris *minime* alieni, *in casu Unrugiano judicium tulerunt, eandem sententiam Tribunalitiam esse contra omnem humanitatem, rationem & justitiam; neque dubitandum, si casus Thorunensis, dum minus esset notus, apud hos Judices examinari debuisset, pro* inexcusabili, injusto, crudeli ac barbaro *fuisse habitum; perperam enim, atque sine ulla mentione humanæ misericordiæ*, cæteri à sacris Romano Catholicis alieni adversus Polonos præoccupati *dicuntur, & quidem* ad primos de ea rumores: *Nam iidem statim in ipsis initiis, una cum aliis æquis ac justis Catholicis, nullo negotio perspicere potuerunt, à Templo B. M. Virginis tumultum non fuisse excitatum, neque à Typographia & Gymnasio imagines fuisse crematas, neque à libera electione Magistratus quicquam horum perpetratum: Imo* penitiore rei cognitione, *ac futurorum provida & sagacissima circumspectione, ulteriores & inevitabiles* rumores, *quos* à summa vehementia ac acerbitate non modo Judicum sed etiam universæ Reipubl. *excitatum iri, videbant, antequam exorirentur, præscindere atque in*

herba suffocare studebant. Certum enim est, & complurium sermonibus confirmatum Judices hosce, si æque bene ac cæteri, *quos auctor præcipitanter judicasse dicit, consequentias* in antecessum *ipsis oblatas, aut*

si mavis

ſi mavis obtruſas perſpexiſſent, nunquam aut ejusmodi ſententiam laturos, aut ſi jam lata eſſet, ad Executionem deducturos fuiſſe, quo ea, quæ Sorbonna & Pontifex maximus, in longe minori caſu Unrugiano, publice Tribunali impoſuerunt horrenda nomina effugerent. Nullam autem Jurisdictionem *ſibi arrogarunt in Poloniam tot* Principes ac Populi proteſtantes; *ſed ea tantum, quorum* in Pace Olivenſi *ab ipſis Polonis rogati atque conſtituti fuere Arbitri &* Fidejuſſores, *conſervare ſunt conati, & adhuc conantur, quibus itaque* de hac re ſatisfactionem flagitandi & ſumendi *exquiſitiſſimum* jus eſt, *& ſumma* obligatio incumbit. *Minusque mirum eſſe poterit, ſi* comminationes aut belli propemodum mentio addita fuerit, *hæc enim ſunt verba ipſa Pactorum Articulo XXXV. ab ipſis Polonis concepta & corroborata. Sunt* & alia majora, quæ reſcindi & immutari *omnino deberent, ſcilicet* Jurisdictio, quæ Polonis minime *in Boruſſiam* competit, *quorum Juribus tamen quotidie non ſolum* bellum denunciant, *ſed quotidie inferunt.*

Quis eſt, qui ignoret, quantopere hac in parte (ſi quidem ſcriptis & relationibus in publicum emiſſis fides habenda eſt) præ cæteris elaboraverit Aula Pruſſica, tametſi Reipublicæ noſtræ ſempiterno fœdere juncta, quamque nihil ea fecerit reliqui, quo & alios, inprimis S. R. M. Magnæ Brittaniæ ad ſocietatem ſollicitaret.

Probe itaque feciſſent Judices, ſi amicis, quos auctor, perpetuo fœdere junctos eſſe Polonis, *dicit, monentibus, & Pacem Olivenſem allegantibus, antequam ulla* Scripta in publicum emiſſa *eſſent, morem geſſiſſent, & tantiſper judicium ſuum, aut ſaltem executionem ſuſpendiſſent, donec hæc res ab aliis, ad hanc* Societatem non demum ſollicitatis, *ſed pertinentibus, examinari potuiſſet.* Huic enim Aulæ, *non ſolum propter humanam atque chriſtianam miſericordiam, ſed etiam eo nomine, quod ſimul pars eſt paciſcens & Fidejuſſor, imo propter vicinitatem, ſummum jus incumbit, quo* præ cæteris allaboret, *atque conquirat, quæ in rem communem Sociorum, & miſerorum vicinorum ſient. Sed Poloni neglectis quibusvis Proteſtationibus de ſanctiſſimo fœdere factis,* nihil fecerunt reliqui *quam ut ſe ad Societatem Judicum adjungerent, atque ſe invicem* ſollicitarent, *ut Executionem maxima cum feſtinatione, (ex qua frequentiſſimi errores) ad finem deducerent, omniumque Fidejuſſorum debitam animadverſionem in ſe concitarent.*

Sed quæ inter Principes hac de causa acta sunt, nos quidem lubenter prætermittimus, cum quibus Rex noster Serenissimus & Respublica hoc negotium conficient, & ad postulata eorum, prout visum ipsis fuerit respondebunt.

Minus propositi hujus tenax auctor est, se enim lubenter prætermittere, *dicit*, quæ inter Principes acta sunt, *cum perpetuo id agat, ut non solum Aulæ Borussicæ, ut modo factum est, sed etiam reliquis Principibus perstringendis operam collocet, &* ad postulata eorum, prout ipsi visum, *sed non justum* est, respondeat.

Cum vero tot privatorum hominum scripta, tantum non quotidie prodeant, quibus Acta Judicii Assessorialis pessime traducuntur, & omnes fere Protestantium Aulæ in Nos concitantur, civi bono & fideli subdito integrum erit, puto, contra hos Reipublicæ Nostræ causam suscipere.

Horum itaque non privatorum Scriptorum *causam agere unice constituimus.* Integrum enim puto, erit, bono & fideli *Borusso, ut non solum hujus regionis* Causam, *à* Judicio Assessoriali & Republica Poloniæ pessime *tractatæ; sed* omnium fere Principum *juste* excitatorum Causam *gravissimam agat, Auctorisque patriis legibus, non solum Borussicas, sed etiam humanas atque christianas, in specie Pactum Olivense opponat.*

Dabimus igitur hoc pietati erga Patriam, & amori pacis & tranquillitatis publicæ, ut ea, qua fieri potest, brevitate ostendamus, frustra esse eos, qui hanc rem adeo exagitant, nulloque prorsus idoneo fundamento niti, qui injustitiæ, ac crudelitatis accusant, quæ in hac causa acta sunt. Rempublicam quoque nostram, nemini ad reddendas rerum gestarum rationes obstrictam esse, neque quemquam has ab ea exigere posse: denique Olivensem Pacem haudquaquam à Nobis violatam esse, & nec quidquam obtentui sumi, & ab iis certe, qui hactenus vel maxime ad eam provocarunt, contra nos non posse allegari.

Dabimus igitur hoc pietati erga *Borussiam, magisque* amori Pacis *Olivensis & fœderum, ex quorum observatione* amor, pax & tranquillitas *pendet, ut* breviter *hæc quatuor summa Capita Auctoris* ostendamus. *I.* Frustra esse *eum, cum aliis, qui* rem *Thorunensem* adeo exagitatam *oblivioni & morti penitus tradere student. II.* Illum nullo prorsus idoneo fundamento niti, *semperque ad Acta provocare, quæ tamen nusquam exhibet, ut aliorum* fundamentum *subruere merito possit.* Justitiamque & humanitatem, *quæ hac in causa omnes hactenus latet, suo possit superstruere* fundamento, *III.* Rempublicam *maximopere*

obstrictam esse ad reddendas rerum *contra Tractatus & Fœdera* gestarum rationes, *illasque* ab omnibus, *quos Poloni legerunt Arbitros*, exigi posse *& deberi.* *IV.* Pacem Olivensem summopere esse violatam, *& nihil aliud* obtentui sumi, *quam ut* ad eam provocetur, *&* contra Polonos allegetur. *Minus accurate procedit Auctor, quod ordinem harum Propositionum invertat, si enim gravissima illa Quæstio* de Pace Olivensi *primo loco, imo quod magis optandum, ante ipsam sententiam & executionem posita fuisset, Auctor à labore, sententiæ auctores ab Ignominia fuissent immunes. Nulli enim Principum hactenus in mentem venit, aliis ex rationibus, nisi propter* Pacem Olivensem, *& nonnisi in iis, de quibus conjunctim cum Polonis solliciti esse debent, Justitiam exigere.*

Qua in re ita versabimur, ut omnia, ea qua fieri potest animi moderatione, procul omni vehementia; ac insectatione, exponamus, atque ab iis, qui remoto partium studio rem penitus perpendent, ut in posterum de ea æquius Judicium ferant, Nos impetraturos confidimus.

Qua in re ita versabimur, *ut ipsam veritatem rei, factaque, prout* procul omni animi moderatione cum omni vehementia atque insectatione, *non in verbis, sed verberibus atque vulneribus Protestantium, & cum maximo* studio Partium *Catholicarum gesta, & ab Auctore seposita sunt, exponamus. Et quamvis veritas odium pariat,* in posterum tamen impetraturos confidimus, ut æquius Judicium *& reipsa & verbis* feratur.

Quod si igitur quis sententiam aliquam injustitiæ & crudelitatis arguere velit, necesse est, ut ante omnia probe expendat, quale sit, quod commissum est delictum? sitne pœna delicto & patriis legibus conveniens? Utrum accusati criminis fuerint convicti? An Judex causam debito modo tractaverit? Hæc vero, quis credat, illis, qui hactenus vel maxime in Sententiam Thorunensem Scriptis invecti sunt, cognita & perspecta fuisse.

Si enim aliquis *in ferendo judicio minus errare* velit, injustitiæque ac crudelitatis *notam effugere*, necesse est ut ante omnia probe expendat: Quinam *fuerint Auctores hujus tumultus?* quinam *Continuatores?* Quale sit horum delictum? *Sitne impunitas Auctorum primorum*, & patriis *cujuscunque regni, & naturalibus legibus* conveniens? Utrum *iidem Auctores primo primi* Criminis notissimi fuerint interogati? *tantum abest*, ut fuerint convicti *& puniti?* An Judex causam debito modo, *ab Auctoribus incipiens, tractaverit?* Hæc vero quis credat, ab illis, qui vel maxime Sententiam Thorunensem

nenſem ſcripſerunt, *antequam de hac re* cognoſcerent, perſpecta, *ne dicam*, aſpecta *fuiſſe*.

Quæ cum ita ſint, non equidem eſt mirandum, ſententiam hanc ipſis duriorem viſam eſſe, ſed hoc tamen excuſari vix poteſt, quod antequam de his cognoverint, continuo Judicium ferre, totumque hunc agendi modum, injuſtum crudelem, ac barbarum dicere audeant.

Quæ cum ita *minime* ſint, *neque fuerint*, *ſummopere* eſt mirandum, & excuſari vix poteſt, quod *Judices*, antequam de his *Auctoribus* cognoverint, continuo Judicium *in reliquos* ferre auſi fuerint. *Nam hæc adeo ubique terrarum* cognita *ſunt*, *ut nemini* hæc ſententia non poſſit durior videri, totumque agendi modum *ſummopere ab æquiorum Populorum, magis à Chriſtianorum moribus alienum eſſe. Si enim in ipſo notiſſimo & clariſſimo Initio erratum fuit, neceſſe erit, id magis in reliquis, quæ omnia ex Initio pendent, & ubi majori inquiſitione & perſpicacia opus erat, factum fuiſſe*, Dato enim uno abſurdo, ſequuntur infinita.

Ipſa ſane, quæ lata eſt ſententia, & Acta publica luculenter oſtendunt, non hic unum duntaxat delictum, ſed delictorum cumulum occurrere: Vim publicam, tumultum, invaſionem locorum religioſorum, violationem ſecuritatis publicæ, furta, ſacrilegia, homicidium, profanationem ſacrorum, blasphemiam & plura alia.

Ipſa ſane veritas teſtatur, & alia Acta publica, non unum duntaxat fuiſſe delictum, ſed delictorum cumulum, non ab uno duntaxat; *ſed à catervis auctorum Catholicorum in hoc tumultu & antea perpetrata, nullum tamen punitum. Nonne ipſi primi* vim publicam *fecerunt*, tumultumque *cœperunt? Nonne ipſi ſuum* locum religioſum *abductione & incluſione Studioſi Proteſtantis* profanarunt? *Nonne ſic* ſecuritas publica violata? *Quoties liberi Civium* furtim *abducti ubique reconditi*, & innumera alia *à Jeſuitis eorumque Studioſis facta?* Homicidium *autem, nequidem in ipſa ſententia nominatum, ab Auctore, ad augendam invidiam, falſo adponitur; num vero Jeſuitæ de ſanguine profundendo jurantes* à blaſphemia, profanatione *Jurium* ſuorum Sacrorum *Canonicorum, & per conſequens* ab Homicidio *abſolvi poſſint, penes ipſos Catholicos eſto Judicium.* Ipſe ſane *Nuncius Apoſtolicus, hoc ab illis nullo modo fieri poſſe, & Legatis & Regi ipſi confirmavit: De Haydero vero, cui per Decretum eadem pœna decernebatur, juramentum præſtare, religioni ſibi duxerunt, adeoque hæc* luculenter teſtantur *ſanguinem in eorum manibus aut arbitrio unice poſitum fuiſſe.*

Dici

Dici vix poteſt, quo tumultuantium rabies proceſſerit, hi enim, die 17 Julii maxima violentia uſi, primum in ſcholas, deinde etiam in Collegium ipſum Patrum Jeſuitarum armata manu impetum fecerunt, & per vim revulſis portarum clauſtris, quicquid ſors objecit, confregerunt, gladiis diſſecuerunt, aut glandibus plumbeis trajecerunt, quicquid pecuniæ & ſuppellectilis repertum, diripuerunt, abſtulerunt, Perſonas Religioſas male habitas verberarunt, vulnerarunt, unum eorum ſacram Euchariſtiam furori huic eximere conantem, tanta immanitate exceperunt, ut ex eo tempore non convaluerit, ſed aliquot menſibus elapſis mortem obierit.

Peſſimus eſt modus procedendi, *de iis tantum verba facere, quæ circa finem tumultus facta ſunt, Initiumque cum Auctoribus adeo ſicco pede tranſire, ut ne jota quidem de iis, qui omnium maxime puniendi erant, ſive in ſententiâ, ſive in Auctoris mutila narratione reperiatur. Hoc enim non* vix, *ſed vere* dici poteſt *ac debet*, Primum *Auctorem tumultus ac violentiæ fuiſſe ſtudioſum Catholicum, qui Puerò Proteſtanti, ceu Aggreſſor verberibus pileum capite dejecit. Hic poſtea à Haydero illo prehenſus, & ad Judicem ductus eſt. Eſto igitur Hayderum* ſecundo loco *violenter egiſſe, tumultuique oleum affudiſſe.* Tertium *inter Auctores tumultus jam formalis occupabunt Studioſi, qui durioribus verbis, & cum ſtrepitu à Præſide libertatem commilitonis ante inquiſitionem poſtulabant, miniſtroſque ejus ac famulos injuria afficiebant eo loco, ubi ſumma eſſe debebat Securitas.* Quartum *Sane obtinebunt alii ſtudioſi, qui ſequenti die Hayderum, cui vim facerent, in ædibus ſuis quærebant, quo non invento ſtudioſum Proteſtantem innocentem ex morbo refectum, ante ædes proprias ſedentem cum vi ac tumultu arreptum, in Scholas ſive in Collegium duxerunt.* Quintum autem locum *inter Auctores & Continuctores tumultus habebit graviſſimus ille Rector Collegii Jeſuitici, qui toties a Secretario Civitatis monitus, ſtudioſum reddere nolebat, quamvis poſtea hujus Socii orbi perſvadere non erubuerint, ſe de illo in Scholis detento neſciviſſe. Sed hoc cum tot tantiſque Secretarii obteſtationibus neutiquam convenire poteſt. Ille enim omnia expoſuit, quæ ante oculos erant, concurſum curioſi populi, Rectoremque cum ſociis, quod ſtudioſum violenter detentum dimittere, atque ſic concurſum illum diſſolvere, ſtudio detrectarent, fore Auctores ſummæ Calamitatis, in quam ſe atque Civitatem conjicerent, Deum eſt teſtatus. Erat enim Rectori, huic ſi pertinacia defuiſſet, longe major gravitas, quam imprudenti plebi, nec minus Sufficiens facultas temporis, ut cum*

iis,

iis, quæ a Magistratu & Præside Civitatis in tanta trepidatione rerum geri debuissent, minime sint comparanda, poterat enim ille omnia, Magistratus vero parum aut nihil impedire. Sextum locum inter Auctores tumultus tribuemus illis, qui lapidibus & glandibus per fenestras Collegii emissis, tandem eruptione cum armis facta, non solum plebem summopere irritarunt, sed etiam milites à Præside ad sedandum tumultum missos, rejecerunt. Horum tamen, quod horreo dicere, pessimorum Auctorum ac Continuatorum, eo nomine, quod Catholici essent, aut eorum arriperent sacra, punitus est nemo, cum tamen, judicio omnium cultiorum & barbarorum Populorum, hi Auctores & primo loco & gravius reliquis fuissent puniendi.

Præterea auctor rabiem horum negligit, qui ante 17. Julium & eadem die maxima violentia sunt usi, qui postquam studiosum Protestantem claustris ac carceribus cohibuerunt primum ex Scholis, deinde etiam ex Collegio ipso Patrum Jesuitarum armata manu eruptionem in adstantes & impetum fecerunt, acinacibus suis nonnullos militum graviter vulnerarunt, quicquid sors manibus objecit, sive lapides, sive lateres, sive sclopetorum glandes in plebem è fenestris emiserunt. De pecunia vero & adeo lauta suppellectili, quæ posthæc 22000. florenorum Borussicorum sunt æstimata, Christi pauperrimi Socios, summæ estignominiæ, Auctorisque ordinis quasi manifesta abdicatio; quo etiam pertinet, quod de verberibus & vulneribus fictis vindictam, à Christo tanquam agno obmutescente summopere alienam sumserint, juramentoque Sanguinem etiam innocentium postularint. Ut enim falsissimum, quod unus eorum ex verberibus mortem obierit; sic certissimum, quod unus eorum, qui Jusjurandum illud præstiterunt, non aliquot mensibus sed aliquot septimanis elapsis, repentina morte decesserit.

His adde Altaria, Oratoria & Sacella profanata, destructa, desolata, Imagines Christi tam Cruci affixi, quam alias, Matris itidem ejus & Sanctorum, gladiis perforatas, distractas, dilaceratas, pedibus conculcatas, & quod adhuc vesanius est, in publicam plateam comportatas cum effusione multarum blas-

Concedamus etiam, omnia sic facta esse, prout Auctor principii immemor, reliquorum verus Auctor, ea recenset, à furibunda tamen & temulenta plebe, (erat enim ille dies Lunæ, quo plebs ex tabernis suburbanis probe pota circa vesperam revertitur) hæc facta esse, probe considerandum, eamque fuisse per

phemiarum, igne combustas, omniaque protervitatis genera, quæ furor suggessit, perpetrata.

per lapides ejectos summopere læsam & irritatam; Eamque plebem irrupsisse non primum in loca sacra, sed in scholas, neve animo ea facinora perpetrandi, sed quo suum Studiosum ex carcere liberarent; nullam enim existimabant deberi loca sanctitatem, ex quo sibi violentiam lapidibus fieri sentiebant, eruptionesque in se ac milites fieri videbant, quis quæso alia ab incondita, temulenta & summopere læsa plebe expectaret. Scamnorum vero & Theatri picti reliquiæ, pro Imaginibus Christi, Matrisque ejus, *nescio qua religione, habitæ; Nihil enim magis commune in Polonia, si Judæo aut Protestanti litem movere, eumque bonis aut vita privare velis, quam* Imagines perforare & dilacerare, *idque ab his factum,* blasphemiasque esse prolatas *ante Judices comminisci, quod multa tristissima, maxime tamen hoc funestissimum, testantur exempla.*

Tot inter delicta nullum fere est, quod non vel solum, capitis pœnam mereatur.

Si quod horum non demonstratorum, magis tamen primorum Auctorum delictum est, quod non solum capitis, *sed gravissimam quamque* pœnam meretur. *Sed hanc unice Protestantibus inflictam, Catholicos vero primos Auctores esse sine omni animadversione dimissos, Orbis & miratur & stupet.*

Ex omni tamen facinorosorum numero, nonnisi perpauci, atque ii quidem, qui eorum, quæ diximus, delictorum fere omnium simul rei deprehensi fuerant, hac pœna affecti sunt.

Ex omni enim facinorosorum *Catholicorum* numero, *nemo, ne* ii quidem, qui *primi Auctores,* atque horum omnium delictorum *causa & origo fuerunt, non dicam* hac pœna capitis, *sed ne minima quidem* affecti sunt. *Protestantes vero Thorunenses* omnes *duriori* pœna affecti. *Alii enim, qui ne adfuerant quidem, nullius* adeo delicti rei deprehensi fuerant, *capitis damnati, alii præterea ad Carceres, ad fustes, ad mulctam condemnati, imo tota Civitas tot sumtibus & ereptione Templi, Gymnasii, & fere omnium jurium suorum, quod sane cum pœna capitis æquiparari potest, punita, & sub perpetuum Jugum Jesuitarum &* Polonorum *missa est. Quem* numerum itaque quomodo paucum *dicat, nullus video.*

Numquid apud Protestantes, iis in Regionibus, ubi eorum Religio præ aliis

Auctor reliquos Protestantes *suo pede metitur, nimiaque confidentiâ quid*

aliis dominatur cum Catholicis hujusmodi crimina patrantibus, mitius agetur.

quid ibi in simili casu factum fuisset, asserere audet, cum tamen eorum Legationes, sibi hæc displicere, quod auctores neglecti, præcipue tamen fœderis Articuli violati fuerint, satis superque testantur, adeoque falso præsupponatur, illos idem facturos fuisse, quod in aliis taxant.

Nonne quibusdam in locis ii etiam, qui tantum in Judæorum aliquam Synagogam simili protervitate irruerint, non minus graves pœnas persolvent.

Omnibus sane in locis, *excepta sola Polonia*, ii etiam, qui tantum in Judæorum aliquam Synagogam irruunt, non minus graves pœnas persolvunt. *Quot enim per Poloniam ne dicam* Synagogæ Judæorum, *sed templa Protestantium, in quibus idem Christus Servator atque Dominus colitur, summa* protervitate *per tumultus sunt* diruta, *& quidem fere semper à Studiosis Jesuiticis, per quos sæpius in sepulcra & cadavera mortuorum, à quo etiam Ethnici abhorrebant, Posnaniæ, Cracoviæ, Vilnæ, immo Varsoviæ ad latus regium, & novissime, scilicet die 22. Novembris Anni 1725. Meseritii pessime est sævitum, sed quis quæso eorum punitus, quin eadem templa posthæc vetantibus* Judicibus, *imo Constitutionibus, pulcherimo prætextu,* ad evitandos tumultus, *quos tamen pœna ad morem Thoruniensem impedire possent, aut clausa, aut in ruina jacent sepulta. Imo pessimus tumultus, ante tres annos Vilnæ factus, ab hoc ipso Judice ne auditus quidem, quamvis sæpius de eo monitus fuerit.*

Sane de Judicio Nostro Assessoriali vere potest prædicari, illius tantam fuisse moderationem, ut delinquentes, habito simul ad eorum religionem respectu, mitiore etiam pœna affecerit, quam si id generis delicta Catholici commisissent. Hi enim in simili scelere, sine dubio plane ad ignis supplicium condemnati fuissent.

Hoc sane de Judicio suo Assessoriali verius potuisset prædicare *Auctor*, illius tantam fuisse moderationem, ut *etiam Auctores* & delinquentes, *quod* id generis delicta, *ut sunt Auctorum, unice* Catholici comisissent, habito *solum* ad eorum religionem respectu, *non* mitiore, *sed* etiam *nulla* pœna affecerit. Hi enim, (*si ad eandem normam, quo reliqui sunt puniti, judicium ferre velis,*) in simili scelere, sine dubio plane ad ignis supplicium condemnandi fuissent. *Majus autem esse* supplicium, *cuivis constat, si quis post amputatam manum, satis diu alios truncari videt, posthæc inter risus, jocosque Carnificum, per Corpora*

diversis

diversis ictibus magis sauciata quam confecta, & adhuc in suo sanguine se volutantia, ad Capitis Supplicium ducitur, & tandem laniatur, comburitur, quam si ab initio vivus sanusque unicum ignis sustinuisset Supplicium.

Ad hanc ordinariæ pœnæ mitigationem non parum commovit Judices, toto Terrarum Orbe celebrata Clementia ac gratia Serenissimi Regis nostri, qui si per ipsum stetisset, & si justitia id permisisset, dubium non est, quin delinquentibus lubentissime pœnam plane remissurus, aut certe ulterius imminuturus fuisset.

De Regis Serenissimi clementia dubium non est; mirum tamen est, *Auctorem hic Jurium Borussicarum plane ignarum asserere*, non stetisse per Regem; *cum tamen ille sit unicus Dominus Prussiæ & unicus* Judex; *adeo* ut Judices, *qui se Judicio huic, quamvis Borussi non essent, contra Jura & Justitiam ipsi adjunxerant, magis* Regis Serenissimi *Juribus, quam Thorunensium vim fecerint:* Clementia enim & gratia Serenissimi Regis, *quæ hæc omnia* permittit, *tandem eo devolvatur necesse est, ut tantam licentiam gravissime* sit imminutura.

Accessit Senatorum nostrorum singularis animi æquitas, quorum prudentissimis admonitionibus Judices locum relinquerunt.

Senatoribus Polonis *nihil cum rebus Borussorum, quantum enim illi una cum tota Republica* accesserunt, *tantum Juribus Regis & Borussorum* decessit; *num hæc* singularis illorum animi æquitas? *Optandum autem esset, si nonnullorum, qui aut Borussiæ Senatores, aut his proximi erant*, prudentissimis admonitionibus locus fuisset relictus, *sed omnia summo rigore sunt prosecuti, ut Auctor nihil habeat, quo* moderationis *saltem speciem facere possit, nisi quod ignis supplicium, quo mortui sunt sublati, delinquentes vivi evitassent.*

Sententia igitur hæc, ne quidem nimis dura, nedum crudelis & barbara dici potest: Quanquam utrum mitior illa sit, an durior? non quæritur, sed an Patriis legibus congruat.

Utrum durior sit an mitior pœna? *Auctori perinde est*, patriis enim legibus *omnia excusare se posse credit, eo* crudelius, *quod his omnia* Jura Borussica *ipsis eripiantur. De his enim* legibus

legibus Polonis *tantæ Borussorum exstant querimoniæ, ut nullum penitus sit dubium, quin data occasione, ut Riga cum Livonia, Jugum excutiant, aliumque unicum Dominum, pro sexcentis aliis, qui Borussiam è manibus Regis ereptam convellunt, sibi quærant, aut juris sui rursus, ut ab initio erant, facti*, suis vere patriis, *hoc est*, Borussicis legibus *vivant. Displicet autem, quod hæc sententia à nonnullis* nimis dura, imo crudelis ac barbara dicta sit, *cum tamen summæ, & plusquam Christianæ lenitatis vestigia in ea luculenter sint conspicua, scilicet quod Auctoribus tumultus, quibus durissimam pœnam irrogare potuissent Judices, secundum leges Christianas & Catholicas, penitus pepercerint. Pœna vero in Hæreticos statuenda, nunquam satis* dura *esse potest, quia sua culpa sibi mortis periculum accersiverunt, cum tamen pulcherrimo Heyderi exemplo omnes sibi salutem procurare potuissent, adeoque in se ipsos* duri, crudeles ac barbari.

Sit lex dura, modo sit scripta: Quis vero nescit tumultus & seditiones, secundum Constitutiones Regni nostri, pene pro perduellionis crimine haberi? & vel ædium privatarum; nedum locorum religiosorum invasores, vigore Constitutionis, quæ Anno 1607. lata est, morte mulctari.

Huic Sententiæ: Sit lex dura, modo scripta; *optimo jure aliam, ex lenitate christiana derivatam, opponere possumus, scilicet:* Summum jus, summa injuria. *Præterea Auctor omnia miscet*, tumultus & seditiones *pro una eademque re habet, cum tamen toto cœlo differant.* Invasores vero ædium privatarum *eo magis* religiosarum morte mulctari posse, *nemo unquam in dubium vocavit; sed de eo tantum quæritur, cur* Invasores *illi, qui Studiosum publice arripientes, atque postea in* locum suum religiosum *detrudentes*, vigore Constitutionis, quæ Anno 1607. aut 1724. lata est, *una cum reliquis auctoribus*, morte non sint mulctati, *& cur nunquam* Invasores *Templorum Protestantium aut* ædium *eorundem, nedum novissimi Meseritii, hac pœna afficiantur, nisi* Anno 1726. *nova aliqua propter hunc & alios Casus in Catholicos expectanda sit Constitutio.*

Quanta Severitate non utitur Jus Saxonicum commune, etiam apud nos receptum, Jus item Culmense in Sacrilegia

Severitatem *omnium gentium* jure *consuetam qui reprehendere vellet, pro vesano esset habendus, sed num*

legia, vim publicam & blasphemias? Has leges & Constitutiones in perscribenda hac sententia, Judices Nostri summa religione secuti sunt.

num ii ipsi revera hoc crimine se contaminarint, nondum est demonstratum. Certum vero, imò certissimum, quod Auctores catholici unà cum Heydero manifeste sint cogniti. Itaque Judices *minime* has leges & constitutiones in perscribenda hac sententia *& quidem* summa Religione, *sed unice* suam Religionem *cum* summa severitate secuti sunt.

Quod si quis objiciat, reos criminum, quorum accusati sunt, minus fuisse convictos; hæc ipsa sententia & Acta Judicialia alia omnia docebunt.

Eadem fiducia, qua Auctor Acta, *forsan ab ipso nunquam visa, allegat; Protestationem mox post inquisitionem à Civitate literis missam, ubivis obviam, allegare valemus, ubi de hoc unico conqueruntur, & ne insontes in vitæ discrimen incurrant, de jure excipiunt; Nemo vero de his* actis *quæ forsan æterna nocte sepulta jacebunt, judicare aut potuit aut voluit; omnes autem attoniti; quod Auctores in* ipsa sententia allegati, *omnium consensu* rei & convicti, *imo ipse Hayderus mortem effugerint, quod nulla usquam* Acta *excusare coram Orbe poterunt.*

Nonnulli reorum ne ipsi quidem, quæ patraverant, inficiati sunt. Ex utraque parte viginti sex testes producti, & singuli jure jurando interposito examinati sunt, atque in his complures Lutherani, sontes non minus admissorum facinorum convicerunt. Quamvis nemo forte dubitaverit, quin Dissidentes criminum etiam per Catholicos testes convinci possint.

Auctor totus est in eo, quod nemo, nisi, qui acta perlegerit, de hac sententia Judicium ferre queat, cum tot manifesta, inprimis Auctores neglectos & sine pœna dimissos esse, etiam sine actis occurrant, quod sane reliqua omnia non solum suspecta reddit, sed penitus subruit. Præterea si ad ea provocare, remque iisdem Orbi claram reddere voluisset, producere ea debuisset, nam eadem fide, qua ipse credit, aliisque persvadere tentat, acta *aliquando* omnia alia *doctura, eadem fide alia* Acta *contraria* omnino alia *& contrarium doctura spondeo, quorum hanc habeas summam.*

Accedit, quod ii ipsi, qui sententiam hanc hactenus enixissime impugnare conati sunt, non tamen ausi fuerint

Primo ea, quæ Urbi competebat facultas in hanc rem inquirendi & dijudicandi à Jesuitis & Judice erepta; Catholicos

rint negare, eos, qui pœnas morte dependerunt, delictorum fuisse convictos. Et quo quæso colore, negare poteruntii, qui neque Actorum rothulos, neque testium depositiones unquam perlegerunt, aut saltem inspexerunt. Nonne ipsa æquitas, & ea, quæ pro tanto judicio, imo pro quocunque Judice militat, Præsumtio exposcit, ut legitime, & secundum acta & probata pronuntiasse credamus, donec contrarium evidenter demonstretur?

Catholicos enim Auctores primos nemo arripere audebat, quod fieri debuisset, sed nullo modo potuit; Reliquos vero, qui intempesta nocte, sceleris sibi conscii, elapsi erant, comprehendere minus licuit; est enim Urbs fidelitate sua erga Regem, qua Cives sanguini suo non pepercerunt, mæniis adeo dilacerata & orbata, ut vix interdiu fugientes capi possint, sed hæc, quæ summam remunerationem & gratiam mererentur, nunc ubique gentium pro maximo scelere venditantur, scilicet Magistratum, quod reos non conquisiverit & puniverit, reum esse factum.

Quod si aliquando iis, penes quos hujus rei arbitrium est, visum fuerit, plenius hæc & copiosius deduci, ipsa Acta publica eorum, qui sententiam hanc pronuntiarunt, fidem & integritatem omnibus luculenter probabunt. Sed & negari nequit, causam debito modo, ordine ac tempore pertractatam esse. Quippe ad Negotii hujus disquisitionem, tres & viginti viri, Illustrissimi ac præstantissimi, ex diversis Provinciis, tanquam recuperatores (vulgo Commissarii) constituti sunt. Citationes in jus rite factæ. Judicium recuperatorium, quodCommissionem dicunt, debito tempore & loco constitutum ac publicatum. Inquisitio Thorunii die 16. Septembris inchoata, partibus litigantibus interrogatoria & Articuli exhibiti, exceptiones adversus testes admissæ, Jurisjurandi formulæ de com-

Itaque loco hujus contra Jura Borrussiæ viginti tres Illustrissimi viri, *ut autor dicit, ex diversis Regni Provinciis qui tamen ex unica Borrussiæ regione esse debebant, id quod secundum jura ab accessione ad Reges Poloniæ competebat. Numerus præterea extraordinarius, qui Civitati opibus exhaustæ sūmo oneri fuit, hi vero magis se ipsos* constituerunt *quam* constituti sunt. Citationes in jus *contra jus Magistratus Civitatis* factæ, *quia Jurisdictio in Cives competens erepta; præterea quatuor septimanarum tempus in Citationibus Borussicis ad Judicium Assessoriale est præfixum, sed* debitum hoc tempus *dimidiam partem tantum concessum, Illustrissimo Cancellario non tantum id jubente, sed etiam Decreto, ne Civitatibus anticipatus in respondendo Terminus*

communi Omnium Sententia præscriptæ, atque ab una quaque parte viginti sex testes designati, debito modo per quatuor septimanarum spatium examinati sunt, & rothuli, quos omnes Commissarii nominatim subscriptionibus & sigillis suis corroboraverant die 14. Octobris ad Judicium Assessoriale Varsaviam transmissi.

nus in posterum præjudicet, præcustodiente. Inquisitio *non minus à Lege Borussiæ recedens, ad normam Legum Regni, Processus Tribunalitii, ad subjugandam violenter Borussiam, & jura infringenda, facta est.* Articuli *partis actoreæ quidem communicati sunt, attamen, quod spatium aliquot dierum requirebat, ferme ad tot ho-*

ras restrictum, ut Interrogatoria *sufficienter formari minime potuerint.*
Quinimo ad Excludendam Civitatem ab omni probationis genere testes Ci-
vitatis per Nobiles à Patribus Societatis Jesu subordinatos complicitatis
accusati & deterriti; constat enim de Jure, in Defectu aliorum testium
etiam complices admitti; Ut tamen eo clarius artes Jesuitarum pate-
ant, considerandum, cum in causis facti alii testes non admittantur, ni-
si oculati, Civitatem etiam nullos alios inducere potuisse, qui tamen eo
ipso à subordinatis illis nobilibus Criminis *accusabantur, cum tamen ma-*
jore jure hi testes, à parte actorea inducti, fuissent rejiciendi. Excepti-
ones adversus testes admissas esse *falsissimum, quandoquidem tam brevi*
temporis spatio de testibus plane ignotis, *Civitas nullam penitus notitiam*
acquirere, nedum exceptiones allegare *potuit.* Juris jurandi formulas de
communi omnium sententia præscriptas, *maximopere à Veritate est ali-*
enum. *Civitas enim juravit*, de non corruptis & non corrumpendis te-
stibus, *Jesuitæ unice* de non corruptis testibus, *quo reservationibus men-*
talibus consvetis ad corrumpendos testes locus superesset. Quod testes Ci-
vitatis ad hunc numerum *sunt restricti, eo ipso* Civitati *injuria facta, quia*
præter hunc numerum non admissi forsitan optima deponere potuissent.
Est enim cuique licitum, tot quot habet testes inducere, optimi autem de-
territi, cum tamen Commissarii *peracto jam prædictorum* 26. testium
examine Patribus Soc. J. plures adhuc inscia Civitate, nec communica-
tis eorum nominibus, inducendi concesserint facultatem.

Hic quoque die 19. Octobris Civitatis Deputati, cum duobus Causarum Patronis, ad defensionem admissi, & post tria demum consveta legitimi temporis

Notum est fere cuivis, primo Civitatem à Decreto Commissariali appellationem interposuisse ob gravamina ipsis cognita, secundo eandem in termino

poris intervalla, negotium pro consummato & concluso habitum est.

termino hic dicto justificasse, nec *tamen* in Negotio principali conclusisse, *quinimo supplementa Inquisitionis secundum Jura petiisse*, Judicium *vero non cognoscendo, prouti in praxi obtinet, de admissibilitate appellationis, ad lectionem inquisitionis properavit, nec* Civitati, *ut directe ad partis actoreæ accusationem responderet, injunxit, ita ut rebus sic stantibus totum Decretum hac in* Causa *latum pro* Contumaciali, *non vero ex seriis partium controversiis facto habendum fuisset. Quid quod* Deputati *ante Tribunal scommatibus adstantium exagitati, Patroni* Causarum *deterriti, & fere omnia media de jure competentia ipsis erepta fuere.* Jesuitæ *quoque per suas machinationes effecere, ut in nullo* Castro *Protestationes* Civitatis, *tanquam unicum, prospiciendo juri suo medium, tam contra testes* Jesuitarum, *quam etiam alia præjudiciosa susceptæ fuerint. Excipiente autem* Civitate *contra Testes & eorundem effata, præterea non concesso ei Supplemento Inquisitionis, ejusmodi Sententia minime ferri potuit, tantum abest, ut* negotium pro consummato haberi possit. *Itaque nihil unquam magis tumultuarie gestum, ut nihil minus quam* debita legalitas & formalitas *sit observata. Quod quæso jus Borussiæ hos* Judices *Polonos constituit? quod quæso* universæ Reipublicæ J*us in Borussiam, ut hæc* confirmare & comprobare *audeant? Nonne Auctor hoc ipso manifestam infractionem* Jurium *Borussicorum indigitat?* Constat *enim ex historia præteritorum temporum Borussos sæpius publice declarasse, se seorsivam constituere Provinciam suis legibus subsistentem, nec quicquam præter Regem, ut nunc etiam Saxonia, cum Regno Poloniæ commune habituram. Quod si enim Respublica coorto in Saxonia tumultu,* Commissarios *eo Polonos mittere, posthæc judicium & sententiam ferre de reis vellet, nonne hoc esset contra jura Saxoniæ, imo Usurpatio jurium Regiorum? qui Saxoniæ unicus ut Borussiæ est Hæres ac Dominus, qui ut pro Saxoniæ Regimine Ministros Saxones habet, sic quoque Borussos habere deberet, quibus hæc negotia secundum jura cuivis propria dijudicanda tradere posset, reliquis vero in perpetuum exclusis, ne quando Polonis, si omnia jura confundere sit constitutum, idem accidat. Per quod enim quis peccat, per idem punitur & idem.*

Demonstrent, si possunt, ii, qui huic rei contradicere audent, quanam

Unicum erat Auctoris refugium, depositiones testium à nemine lectas, igitur

nam in parte non rite & secundum leges fuerit actum, aut si id nequeant, neque enim demonstrare poterunt, desinant aliquando talia nobis objicere.

igitur à nemine ferri posse de hac re judicium, *sed exceptiones contra testes factæ & non auditæ, hoc penitus tollunt; Reliqua enim sunt notissima, ex quibus sufficienter* fuit demonstratum, *fere in* nulla parte *litis* rite, *ubique vero contra leges Borussiæ fuisse actum, id enim juris sibi competere in Borussiam nunquam Poloni* demonstrare poterunt, desinant *itaque illi vim facere, ejusdemque jura ac leges conculcare & rejicere, Regique eripere, quod enim sibi contra jura à fortioribus aliquando fieri nolunt, alteri ne faciant.*

Unum est, quod Solum aliquam rigoris speciem præ se ferre videtur, idque potissimum exaggerarunt, qui sententiam Judicii Assessorialis hactenus impugnarunt, quod præter reos Criminis, ipsa simul Civitas, una cum Magistratu punita, imperatumque fuerit, ut in posterum etiam Catholici ad Dignitates in Curia admitterentur, & Dissidentes de templo atque adjecto Monasterio, quod in Gymnasium converterant, & quibus hactenus usi fuerant, decederent. Sed quomodo poterunt Censores nostri etiam hac de re, rectum ferre judicium, sine actis, sine probationibus, atque absque Constitutionum Nostri regiminis notitia?

Auctor postquam, omissis primorum auctorum delictis, reliqua potissimum exaggeravit, nunc pro defendenda adhuc sententia, tot tantaque, quæ summum rigorem manifesto monstrant, ad Unicum *restringit, nam ipse fatetur.* 1. Ipsam simul Civitatem, 2. Una cum Magistratu punitam esse, 3. imperatumque fuisse, ut in posterum Catholici ad Dignitates in Curia admitterentur, & 4. Dissidentes de Templo atque 5. adjecto eidem Monasterio, quod in Gymnasium converterant, decederent. *His adde, quæ ab Auctore, aliena nimium quantum exaggerante, propria sine ratione contrahente, penitus omittuntur.* 6. Typographiæ Directionem *Magistratui ereptam.* 7. Bibliothecæ *jacturam*, 8. Sacerdotum expulsionem, *& totius* liberi Exercitii Religionis *summam* constrictionem, 9. Scholarum *in pagum aliquem* rejectionem, *quod idem est ac earundem* sublatio. 10. *Tot* aliarum causarum *ad hanc sententiam* adjectionem, *vel si exemplo Auctoris omnia ad* Unicum *restringere velis:* Omnium Jurium eversionem, *quam ipse luculenter probat, quod Constitutionibus Regni Borussos subjicit. Ille enim minime sine legibus Borussicis* judicium ferre potest. Acta *autem*

non esse probata *superius sufficienter demonstravimus. Qua itaque veritatis saltem specie Auctor hæc X. gravissima Capita in* Unum, *quod præterea* nonnisi aliquam rigoris speciem præ se ferre videatur, *mutare possit, neque mihi, neque aliis justis rerum arbitris constat; Ut potius ex hoc unico Auctoris specimine de tota hac* genuina ratiocinatione, *quæ more injustarum rationum X in V, imo quod pejus adhuc in I mutare valet*, justum de ea ferre possis judicium.

Quod si officio suo Magistratus, ut par erat, satisfecisset, si tumultui obstitisset, aut jam coortum oppressisset, nec indulsisset improbitati Civium; si post patrata facinora inquisivisset in reos criminum, atque serio rem egisset, nec nocentium causam defendendo suam fecisset, nemo profecto qualemcunque pœnam ei irrogare potuisset; Alia autem omnia docent sententia & acta, nimirum nonnullos ex Magistratu tumultum tranquillo animo inspectasse, & licet commonefactos, imo rogatos, ut suas partes agerent, non fecisse officium, neque proterviam tumultuantium, cum possent cohibuisse. Ut taceamus, suspicione criminis non carere, quod portæ Urbis ante coortum adhuc tumultum Solito citius clausæ, quod ex tribus Urbis regionibus, Cives cum armis præsto esse jussi, tumultum tamen, si non auxerint, minus certe represserint, sed cum otiosos spectatores agerent, tumultuantibus potius instar præsidii fuerint.

Nonne sole clarius, Magistratum officio suo pulcherrime esse functum? Primo *enim studiosum illum publicæ securitatis turbatorem in custodiam tradidit, propter hunc unicum mox tantus studiosorum fremitus & concursus, sic ut in vim Repressaliorum innocentissimum alium arriperent; quid putas factum esse à Jesuitis, si hos quoque custodiæ tradidisset, &* undiquaque conquiri jussisset *Magistratus. Nonne in oppressionem Catholicæ Religionis, & Scholarum & Nobilium Studiosorum hæc facta esse clamavissent, omnemque lapidem movissent, quo per parentes studiosorum aut consanguineos optimæ civitati maxima lis mota esset? Tot enim molestiis fracta Civitas, ut gravissima quæque à Jesuitis oriunda, & quæ patientiam sæpe vincunt, patienter ferat. Quapropter etiam misit Secretarium, qui has res benigno modo componeret, hic graviter Jesuitas* monuit, *præsertim cum plebem concursantem cerneret. Ne vero interea quid repentini motus oriretur*, milites cum armis adesse jussi, *quibus haud opus erat, si Rector Collegii studiosum dimisisset, neque extrema quæque sibi accersivisset.*

Præses

Præses Civitatis autem nunquã supponere poterat ab ipsis Jesuitis & eorum hominibus, milites in ipsorum salutem missos, repulsum iri; Erat enim his imperatum, ut plebem, si quid violentiæ moliretur, repellerent, hos vero quos defendere debebant, ne tunc quidem aggredi audebant, quamvis in se impetus & eruptio fieret: His itaque moti & præterea metuentes, ne in templum plebs irritata irrueret, satius duxerunt, id defendere, quam locum sibi infestum, apud quem ne quidem consistendi facultas ipsis dabatur. Horret itaque animus inquirendo, quo prætextu, jurisque colore Præses Civitatis capitis sit damnatus, hæc enim pœna Rectori Collegii Jesuitici aut major etiam irroganda fuisset, quia ille cum Socio suo Marczewski revera tumultum sedulo augere studuerunt, quem impedire poterant. Urbis *unica* porta clausa fuit, *& quidem ea, quæ ad Collegium ducit, ne ebrii per eam irruentes tumultum augerent: In tanta vero trepidatione rerum, ubi nihil quicquam sani consilii capi potest, & antequam vires colligere & opponere possis, omnia sunt perpetrata, quid est quod expectes? Tum erat rebus maxime exacerbatis occurrere, cum Secretarius instabat; tum ultimum erat punctum consilii capiendi, hoc est studiosi dimittendi, ita ut omnis culpa, sine omni partium studio, in* Je*suitas Rectoremque collegii redundet.*

Clare compertum erat, Præsidem Magistratus tumultum adeo non impedivisse, ut potius augere studuerit. Quid, quod ante domum Vice Præsidis maximæ petulantiæ commissæ, & distractarum Imaginum Christi Altarium Reliquiæ igne publice combustæ fuerint, illo ne minimam quidem indignationem præ se ferente! Nec etiam post commissa facinora id curæ fuit Magistratui, ut in rem accuratius inquireret, & reos criminum puniret, sed id potius egit, ut defensiones eorum instrueret.

Itaque clare, *ut opinor, demonstratum est, non* Præsidem Civitatis *sed collegii* tumultum auxisse, quem impedire *levi opera* poterat. Vice-Præsidis ante domum *scamnorum & theatri picti*, non imaginum reliquias combustas fuisse, *ipsi vitio vertitur;* idem Je*suitis, quod* ante *scholas eorum, (junguntur enim utriusque ædes) factum sit, vitio verti deberet, ille tamen summo clamore è fenestris facto, hæc* impedire studuit; *furibundæ autem plebi se committere, & ipsi & aliis Magistratus membris minus tutum erat; præcipue cum ejus famuli & pedelli ad* sedandum tumultum *missi, male excepti essent, ut falsum,* eum hæc tranquille spectasse. In rem vero accuratius posthæc inquirere,

inquirere, *non licebat.* Auctores *enim erant Studiosi & Rector Collegii, hos* comprehendere, *Magistratui non concedebatur ; reliqui vero illa nocte elapsi erant, quorum fugam impediri non potuisse, supra demonstravimus. Quod vero Jesuitæ, protinus minis in Magistratum effusis, omnia replerent, innocentesque accusare tentarent, Magistratus* id potius agere cogebatur, ut suam & aliorum innocentium defensionem instrueret.

Quibus omnibus rite perpensis, Magistratum Thorunensem participem se tumultus reddidisse vix ambigendum est.

Magistratum vero, si quantum in ipso est, tumultum non impediat, sedet & puniat, ad causam dicendam, in Judicium vocari posse, vix ambigendum est.

Quibus omnibus rite perpensis, *extra omne dubium erit positum*, quod Magistratus Thorunensis, quantum in ipso fuit, tumultum impedire *est conatus*, *auctores* vero punire *est impeditus*, *quod Jesuitæ nullo negotio facere potuissent. Adeoque* Magistratus *nullo, ne quidem specioso prætextu*, potuit in jus vocari, *sed illi ipsi prima inquisitio, ut Gedanensibus in simili casu, relinquenda fuisset, & quod ipsis non licuit scilicet Jesuitas & eorum Studiosos, unicos tumultus auctores* graviter punire, *id demum* Judicio *Assessoriali tradendum fuisset, aut etiam Comitiis, quo gravissimus Senatus, Livoniæ exemplo commotus, occurrere tot injuriis potuisset, pacemque & tranquillitatem nunc satis superque concussam, sollicite conservare.*

Reip. nostræ leges non alias magis, quam hac in parte severæ sunt. Cracoviæ aliquando duo, Nostris Catholicorum Sacris addicti Consules capite plexi sunt, quod tumultum non impediverint, in quo Dominus Tenczynscius est interfectus. Quo enim graviora sunt pericula quæ ex tumultibus & seditionibus oriuntur, eo majorem circumspectionem, & curam Leges nostræ à Magistratibus exigunt, eoque gravius in eos animadvertunt, si præcipuam hanc Officii sui partem Susque deque habeant.

Reip. leges, *toties ab Auctore contra Borussos allegatæ*, *stomachum movent, nam ille semper legum Borussicarum imo Christianarum immemor, hæc in manifestum testimonium eversorum Jurium Borussiæ adducit, negotiumque malum, pejori excusatione pessimum reddit.* Cracoviæ enim, quod Tenczynscius nobilis *in imis penetralibus templi* occisus, *sanguisque ejus & cerebrum in loco sacro effusa essent, justissime à Rege decretum fuit, ut rursus sanguine*

guine

guine litaretur. In perpetuam vero Judicum illorum ignominiam Historici Poloni testantur, inprimis Pistorius, illos è Magistratu legisse ad Supplicium duos omni culpa vacuos. *Satius autem fuisset ea reticere, quam perpetuo ad excusanda mala, longe pejora adducere.* Quo enim majora sunt pericula, quæ ex hac sententia oriunda, *quivis videbat*, eo majorem circumspectionem & curam *Judices adhibere debuissent, ne totum regnum in funestissimum bellum ac tumultum infinitamque calamitatem conjicerent.*

Hæc tamen pœna nonnisi paucis irrogata fuit, majori parti aut remissa aut mitigata est.

Pœnam nonnisi paucis irrogatam esse, *falsissimum, cum omnes, in quos tantum umbra suspicionis derivari potuit, inauditi, severissime puniti sint. Unicus autem Zernekius mortem effugit, sed majorem ignominiam Executores quod illum dimiserunt, sibi attraxerunt, quam si id non fecissent, quod supra ab Auctore, quum illius pro demonstranda clementia ne quidem meminerit, etiam creditum fuisse, pluribus demonstravimus.*

Quod vero etiam tota Civitas, ob delicta, quæ à majore ejus parte commissa sunt, privilegiorum jactura, aut alia severa pœna coerceri queat, extra omnem controversiam positum est, & regulis juris gentium, atque omnium temporum exemplis convenit, qualia Grotius de J. B. & P. l. II. c. 21. §. 7. & §. 10. item Puffendorff de Jur. N. & G. lib. IIX. cap. 3. §. 28. adduxerunt.

Grotius cum Puffendorffio de seditionibus, *aut rebus bene meditatis loquuntur, scilicet, quo tota communitas* multique Cives *integro consilio, contra superiores assurgunt, quæ tamen nequicquam cum tumultu comparari possunt, ubi infima fex populi, nulla agitata conspiratione, sed cæco impetu sævit, quod nunquam* Civitati *imputari solet. Imo hi citati gravissimi Auctores, etiam in seditionibus, hos minus esse puniendos censent, qui initio restiterint, quamvis posthæc se seditiosorum numero adjunxerint, hic vero nullius habitus fuit respectus, sed innocentes cum nocentibus sine omni venia puniti.*

Itaque si universa Civitas Thorunensis, hanc ob seditionem, privilegiorum & Jurium suorum Jacturam aliqualem fecisset, id adeo iniquum haberi

Itaque universa Civitas Thorunensis, *quæ fidelitatis suæ erga regem Dominum tanta exhibuit specimina, ut* Turrim *Curiamque suam cum mœ-* viis

haberi non posset, cum non solum maxima Civitatis pars huic delicto implicita, sed jam antea diversis vicibus (quarum rerum monumentum hodieque turris Culmensis exhibet) hæc Civitas ob seditiones & tumultus excitatos, mitioribus pœnis coercita, & ut a gravioribus in posterum sibi caveret, admonita fuerit.

niis & maxima parte optimarum ædium diruta ad huc exhibere valeat, *nulla unquam* seditionis *nota est maculata. Perpetuo tamen violentiæ per processiones perpetratæ, Civitatem magis, quam illa obsidio, depresserunt, hoc enim non* Turris Culmensis sed Culmseensis *exhibet testimonium, magistratui hoc pœnæ loco esse impositum, quod Episcopum per processiones tumultum excitantem, dum hocce religioso prætextu illis Templum B. M. Virginis adimere vellet, cum propriæ vitæ periculo ex furibundæ plebis manibus, & mortis faucibus eripuerit. Processiones vero sacras & religiosas tantum non semper violentia contaminare, summopere irreligiosum est.*

Exercitium Religionis Dissidentium in Regno nostro certis limitibus circumscriptum est. Si autem ii, quorum Religio in Republica quacunque primas partes non obtinet, contra Religionem insurgant, Collegia, Scholas, Sacraria, Oratoria, Altaria, evertant, devastent, destruant, numquid adeo, injustum fuerit, si exercitium Sacrorum iis pœnæ loco aliquantum restringatur & limitetur? Si Catholici in Anglia, Hollandia, aut aliis in Regnis ac Provinciis, ubi Protestantium Religio principatum tenet, similem tumultum, qualis Thorunensis iste fuit, concitarent, tantosque Excessus, quanti istic acciderunt, committerent, num aliter cum iis agent Protestantes? An ipsis libertatem Sacrorum non minus quam antea sine omni immutatione aut restrictione adhuc permittent?

Religio dominans *aut quæ primas partes obtinere creditur, pessimæ est notæ, verbisque Christi:* Vos autem non sic, *è Diametro contraria, ut adeo in ignominiam* suæ Religionis, quæ Dominatum *ubique manifesto affectat, hæc Auctor adduxerit: si vero hanc dicat* dominantem, *cujus maxima pars est, in Borussia Protestantium Religio erit* dominans *dicenda, nam Borussiam cum Republica, legesque [regni] & Constitutiones cum Juribus Borussicis confundere, error Auctoris ubique gravissimus.* Quid vero Catholicis in Anglia & Hollandia accidere potuisset, *nimima confidentia Auctor, & quasi pro Auctoritate decidit, cum tamen ibi nullus imaginum Cultus, & inde missæ legationes abunde testentur, se longe aliter de hac re sentire, adeoque certum est, eos nunquam ad* ejusmodi judici-

judicium, *quod publice reprehendunt, devenire potuiſſe. Præterea comparatio huc minime quadrat, quod Angliam & Hollandiam, ubi nulla ſunt Catholicorum jura cum Polonia conferat. Cum inſuper non ſolum Thorunenſes, ſed omnes quoque Disſidentes merito conqueri posſint, ſibi omnia Jura & Exercitium Religionis per vim, ſæpiusque per pesſimos tumultus eripi.*

Sed ne dici quidem poteſt, Judicium noſtrum Aſſeſſoriale totam Civitatem, omnesque Diſſidentes puniviſſe: Conſervata quippe ſunt Civitati ſua Privilegia, etiam in ipſa Sententia, diſertis his verbis: *Jura Civitatis illæſa eſſe volumus.*

Verba ex ipſa ſententia *allegata*, nil niſi verba ſunt, *nam idem eſt, ac ſi Præſidem capite plectendum*, illæſa *tamen ejus ſanitate, Judicium decreviſſet.* Diſerta *dicit* verba, *ſed* deſerta *potius atque deſolata Civitas*, hæc verba *in eluſionem atque opprobrium ſui adpoſita maxime omnium dolet, cum quotidie magis*, ſua jura a quibuscumque impune lædi, *ſentiat.*

Quod vero ſimul conſtitutum eſt, ut in poſterum etiam Catholici, Civitatis Conſiliis in Curia interſint, pro pœna ſane haberi non poteſt.

Cum Catholicis ſemper Conſtitutum *ſit, innocentes Disſidentes ubique opprimere*, ſummæ pœnæ *loco eſt, hos in communionem Conſiliorum, quibus vix ac ne vix ſe contra tot, tantaque Jeſuitarum publica & clandeſtina Conſilia tegere valent, recipere:* Pro pœna id haberi non poſſe, *auctor dicit, quod tamen ſententia ipſa* loco pœnæ *manifeſte poſuit.*

Nunquam enim hujus Dignitatis incapaces, nec ab ea ullis legibus excluſi fuerunt. Conſtitutiones noſtræ, & imprimis ea, quæ Anno 1638. publicata eſt, nominatim & ſub pœna quingentorum aureorum cavet, ne Catholici in Pruſſia ab hujus modi officiis & Dignitatibus arceantur, & tam Decretum Regis Joannis III, quam complura anteriorum Regum Reſcripta haud obſcure conſtituunt, ut Catholici

Num hi, qui ſurrogati ſunt ex Catholicis, *cum duo eorum genere Judaico eſſent oriundi, & quod maximum eſt, lingvæ Germanicæ inſcitia laborarent (in qua tamen ſecundum Conſvetudines Borusſiæ Jus dicitur) reliqui vero non ex Civibus, ſed contra Jura Borusſica & Culmenſe aliunde accerſiti*, hujus Dignitatis fuerint capaces, *cuivis judicandum relinquo.* Conſtitutio Anni 1638. *præter vim Juribus*

tholici non minus, quam Auguſtanæ Confeſſioni addicti ad eas admittantur. Cumque Civitatis Thorunenſis incolæ partim Catholici, partim Diſſidentes ſint, ipſa æquitas poſtulat, ut illi, qui Religioni in Regno prædominanti addicti ſunt, ſecundum veteres Regni Conſtitutiones, etiam ad Magiſtratuum munera adſciſcantur.

ribus Borusſicis eadem illatam nihil in ſe continet, quam ut in Urbibus Prusſiæ nemini Catholicorum ad Magiſtratum aditus denegetur, *itaque non probat, in Civitate, ubi maxima diligentia conquirendo, duo tantum reperti ſunt, quibus id muneris concedi poſſe viſum eſt* medietatem Magiſtratus *Catholicis etiam aliunde, vel è Tolonio, accerſendis, eſſe tribuendam. Et quamvis* nulla Conſtitutio *Boruſſos obligare posſit, hæc omnium minime, quod contra eam ſolennis Proteſtatio omnium majorum Civitatum in Caſtro Skarszewienſi ſit reperiunda. Libera enim Electio, maximum jus Borusſicarum Civitatum, non patitur ullam Determinationem ad perſonas certas unico Religionis reſpectu*; Quod Jus neque Rex Joannes neque Anteceſſores ejus ipſis eripere, *niſi penitus convellendo Jura fundamentalia, unquam potuerunt.* Veteres *iterum iterumque Regni* Conſtitutiones *allegat*, Religionem prædominantem *perpetuo crepat Auctor, cum tamen hoc ex Religione Chriſtiana, illud ex Borusſia omnibus modis ſit exterminandum, ni violentiam utrique facere ſit* conſtitutum.

Si hoc dudum obſervatum eſſet, inter utriusque Religionis Aſſeclas, ſine dubio magis vigeret concordia, & fatalis hic tumultus forſitan non obortus fuiſſet, atque niſallor, cauſa præcipua, propter quam Judicium Aſſeſſoriale Catholicis, hac ex parte priſtina jura reſtituit, non alia fuit, quam ut in poſterum ejusmodi tumultus minus facile exoriantur, aut exorti, tanto celerius impediantur ac reprimantur.

Quomodo posſit poſthæc vigere concordia, *ubi cum maxima renitentia, ad diſcordiam ſeminandam & fovendam, nonnulli in Magiſtratum ſunt coacti, omnes latet. Si vero eſſentiale attributum eſſet, membrorum Catholicorum* tumultus impedire *nunquam ſane potuiſſet oboriri tumultus Cracovienſis, cum procul dubio totus Magiſtratus fuerit* Catholicus, *adeo ut hoc vel illud falſum eſſe, neceſſe ſit. Imo miranda eſt ruditas illorum temporum, quod tunc ad* impediendos ulteriores tumultus, *non eodem modo ac per ſententiam contra Thorunenſes ſit Cracoviæ proviſum:* Ut Medietas Magiſtratus Cracovienſis Diſſidentis Religionis conſtitueretur. *Genuinum autem Remedium tumultuum*

multuum avertendorum *fuisset, si Jesuitæ toties occasionem & ansam tumultuum præbentes, prout ipsis ab Academiis celeberrimis Cracoviensi & Parisiensi sæpius fuit objectum, loco fuissent moti.* Sublata enim causa, procul omni dubio tollitur effectus.

Quod ad Templum attinet, vi hujus sententiæ Patribus Bernhardinis restituendum, non vacat nunc disquirere, quo tempore, quove jure id iis antea fuerit ademptum. Memoriæ proditum est, atque si opus sit, probari potest, hos Patres, cum olim pestis tempore ex Urbe excessissent, claves Magistratui asservandas instar Depositi tradidisse. Ex hoc tempore Templi hujus restitutionem sæpenumero flagitaverunt, atque diversis temporibus, à Sigismundo, Vladislao, Mandata & Decreta obtinuerunt, ut iis hoc Templum redderetur. Quæ à Rege Joanne III postremum repetita & confirmata, post longas dilationes nunc tandem aliquando ad executionem deducta sunt.

Templum quod attinet memoriæ proditum est, *illud jam An. 1555, itaque ante centum & septuaginta annos, his Patribus omnibus ad Religionem Dissidentem conversis, nullis* peste sublatis (*falsum enim tunc pestem ibi fuisse; quicquid nonnulli scriptorum, inter quos etiam Hartknochius, de ea dixerint,*) *ab ultimo eorum superstite* Magistratui & Civitati, *quæ illud fundaverat, certo pacto esse retraditum, cujus adhuc* memoria perpetua *conservatur, quod ad matutinas preces consueto antea Monachis tempore, quotidie campana pulsetur. Idem vero templum* à Sigismundo, Vladislao omnibusque Regibus, *unicis Borussorum Dominis, Privilegio est confirmatum; retinere enim jussi templa & monasteria, quæ in possessione tunc habebant, incipiendo* ab Anno 1559. *ad nostra usque tempora Interea quoque per Articulos & Conditiones, cum Suecis Urbem relinquentibus initos, & mox per Pacem Olivensem ipsis Exercitium Religionis NB.* prout tunc erat, *est corroboratum, quæ sane omnibus illis antiquis Decretis, quæ Auctor saltem allegare*, sed non producere valet, *longe sunt antiquiora & superiora.*

Hæc cum ita comparata sint, omnibus æqui animi Dissidentibus judicandum relinquimus, utrum sententiam à Judicio Nostro Assessoriali latam, sine prævio examine, confestim, tanquam in-

Hæc cum ita, *ut Auctor dicit*, comparata *non* sint, *sed potius Conditiones cum Monacho, posthæc aliæ à Præfecto Svecico cum Rege Poloniæ pactæ, & fædus Olivense, ac tot Principum*

injustam, crudelem ac barbaram damnandi, & propterea totam Europam adversus Nos excitandi, & evocandi idonea causa affuerit? Certe maximopere mirari subit, non modo, qui factum sit, ut privati homines adeo in transversum abriperentur, ut antequam de toto Negotio certi quicquam ipsis constaret, tam iniquum de Nobis ferrent judicium. Sed multo etiam magis, quomodo Ministri quidam in nonnullis Aulis in certis relationibus in eandem fere sententiam adducti fuerint, cum nec probatum sit, neque ulla ratione probari possit, Judicium Nostrum Assessoriale in praescribendo hoc Decreto à regulis justitiae & aequitatis, aut à legibus Patriis discessisse.

pum, imo ipsorum Regum Poloniae fides intercedat, quibus antiquiores praetensiones & rixae sublatae sint; cum etiam adpraescriptionem in Ecclesiasticis ipso jure Canonico quarta tantum pars illorum annorum sufficiat, non mirandum, si praevio examine & protestatione *ante* Executionem, confestim hanc sententiam tanquam foederibus (*quae etiam* barbari *servant*) adversam & injustam *nonnulli damnarint; firmiter persvasi, si hoc Negotium aequi animi Catholicis, ut sunt membra Sorbonnae Parisiensis, dijudicandum esset relictum, eosdem nullis, ut ex Casu Unrugiano patet, pepercisse nominibus. Certe* maximopere mirari subit, *ubi à toto orbe, aut saltem à plurimis Europae Populis hac sententia citatis, judicium protinus latum est:* Injustam esse Sententiam, *quae Auctores Catholicos impunes dimittit foederaque labefactat, quod à solis Polonis hoc cerni nequit,* patriis enim legibus *& arcanis suis Orbi judicandi facultatem eripi posse existimantes, nisi credere velis, reliquos populos, maxime Europae cultiores & aequiores omnes caecutire, Polonorumque* leges patrias, *à communi omnium gentium imo Barbarorum aequitate & Justitia (quae Auctores & semper primo loco, & maxime punit, foederaque observare sanctissime novit) esse alienas, imo reliquis longe superiores.*

Ponamus vero Zelum pro Religione nostra, venerationem erga Loca sacra, & Personas religiosas, devotionem erga omne quicquid Nobis Sanctum est, indignationem adversus tot concurrentia flagitia, desiderium denique universae Nationis Nostrae, justitiam ac Vindictam

Religionis Christianae primum ac essentiale attributum est Charitas *cum Sorore* lenitate, *quae omnem* rigorem & extremam legum Severitatem, *tanquam* summa lex *atque optima nota Religionis Christianae maximopere infringunt. Sed cur in Haydero, studiosis-*

Vindictam postulantis, Judicum animos tantopere commovisse, ut hac in causa omnem rigorem, & summam legum severitatem sequerentur, aut prorsus etiam aliquantum excederent. Quinimo fingamus etiam, si placet, sententiam hanc in quibusdam articulis revera esse severiorem, quam ut ejus æquitas omni ex parte asseri & defendi possit. Num propterea alii Regno aut Reip. jus fasque erit, revisorium quasi aliquod Judicium exercere, & à nobis satisfactionem eo nomine postulare, aut Cognitionem tantum Causæ sibi vendicare? Genti in Gentem Imperium non competit.

diosisque Auctoribus ille Zelus præter justitiam, penitus fuerit extinctus, merito quæritur? Consul ille Romanus ante Christianæ Religionis tempora, cum filios duos inter conspirantium numerum detexisset, primo loco hos capite plecti jussit, ut justitiæ amorem naturali majorem orbi exhiberet; posthæc eorum complices lenitati ac gratiæ assessorum commendavit. Hic itaque Ethnicus, naturali lumine ductus, justissimum inter justitiam & lenitatem meditans æquilibrium, in suis non tam rigorem quam justitiam, in alienis lenitatem cum maximis posteritatis laudibus demonstrare voluit.

Sed omnis ætas vitio vertet his, quod in suis filiis Catholicis noxiis maximam indulgentiam & impunitatem, *in aliis vero minus noxiis* summum rigorem *ostenderint. Itaque* fictionibus, *ubi rerum sufficientia testimonia adsunt, opus non erat, multo minus* adfictionibus *Auctoris*, affingit *enim aliis Regnis & Rebuspublicis, illas, sine gravissima causa & sine omni jure judicium revisorium exercere velle.*

Regna & Respublicæ de his, quæ cum suis subditis agunt, ad reddendas rationes nemini mortalium obstringuntur, eaque disquisitio, utrum sententia aliqua justa sit, an injusta, non ad alium, nisi ad supremum Judicem pertinet. Et quo enim tandem res cum omnibus Sententiis, omni cum Justitiæ administratione, imo omnibus cum Rebuspublicis redigetur, si sententia, quæ à supremo Tribunali lata, imo à tota Republica solennissime comprobata & confirmata est, exterorum

Ut enim Regna & Respublicæ de his, quæ cum subditis suis agunt, ad reddendas rationes nemini mortalium obstringantur, *sic omnibus notum, fæderum sanctissimo jure,* Genti in Gentem Jus & Imperium competere. *Imo Auctor hic omnium maxime cæcutit, dum videre non vult quod palpare poterat: Borussos non esse* subditos Reipublicæ, *sed gentem peculiarem, eodem modo ac Saxonia sub eodem Rege viventem, suisque juribus utentem, itaque* Genti *Polonæ* Imperium

rotum rescissioni, reformationi, aut novæ saltem cognitioni submittenda esset?

Num aliis in Regnis ac Rebus publ. ullæ feruntur sententiæ, quæ sub Censuram vocari, aut in quibus jure aliquid reprehendi possit?

rium in Gentem *Borussam* non competebat, *sed ad unicum supremum Judicem Regem pertinebat*, *quod* tota Respublica confirmando *&* *comprobando sibi usurpabat*, *pessime enim agitur cum omnibus Borussis*, *quibus non solum Jura antiquiora sed etiam ea*, *quæ per fædera multorum Principum confirmata sunt*, *eripiuntur*.

Quodnam vero Regnum, quæ Resp. hoc casu alteri in se Jurisdictionem permittet, aut de Causa cognoscendi potestatem concedet?

An nostra unquam Resp. tantum sibi sumsit, ut in Sententias & Decreta finitimorum Regnorum & Regionum inquirendi jus usurparet?

An tantum à Sententiis Regni Nostri ad alia Regna aliasve Respublicas datur Provocatio?

Nemo utique jura, quæ omnibus Populis, omnibusque Rebus publicis competunt, nobis spero, negabit, ex his vero præcipuum fere est, quod ad reddendas de actionibus suis rationes nemini sunt obstrictæ. Itaque si Princeps aliquis, aut Resp. in nonnullos ex subditis suis revera gravius quid statuat, nullum ex eo alii jus consequuntur, ut rem ad se trahere, satisfactionem eo nomine postulare, & in eventum, si ea negetur, bellum veluti denuntiare possint, maxime, si ne ipsi quidem subditi eorum auxilium implorent.

Exclamationes itaque tot paragraphis adpositæ, *nil nisi Rhetoricæ luxuriantis soboles sunt*, *hinc nullam prorsus refutationem merentur. Ut enim demonstravimus*, *Principes Protestantes unice fœderis rationem habuisse*, *atque etiamnum habere*; *sic extra omnem dubitandi aleam positum est*, *in rebus quæ à fœderibus vel leviter notatæ sunt*, omnes Populos ad reddendas de his actionibus rationes, obstrictos esse, *nisi & in his Polonorum aliquod peculiare Jus vel Privilegium*, *ab omnium Populorum & Gentium Jure diversum auctor exhibere possit*.

Jam vero Civitas Thorunensis nullius opem aut patrocinium postulavit, quin potius publice testata est, se hæc consilia aversari, & ignorare gravamina, quæ extra Regnum nostrum tanto cum

Hoc de summa injuria facta testatur, *quod Populi diversi & misericordia*, *magis tamen fæderibus acti*, *miseris* opem & patrocinium *laturi properaverint*, *cujus Civitatis adeo Conditio*

cum strepitu moventur. Sed nec favor Religionis & communia Sacra, cuiquam Jus, aut legitimam causam præstare possunt, ad suscipiendam hujus Causæ cognitionem.

Conditio deterior est, quod nec gemitus emittere liceat; toties enim jussa fuit publice confiteri, se ignorare gravamina, jura sibi esse *conservata. Principum se* respuere patrocinium, *ut eodem modo ac literis illis, quæ à nonnullis Dissidentibus scriptæ perhibentur, gloriari, easque Legatis ostentare possint; cum tamen de injuriis ibi descriptis tollendis, ne per somnium quidem cogitent. Urbs vero hactenus nihil horum fecit, quæ Auctor dicit, nisi quod Jesuitis unicum Testimonium dare coacti fuerint; Scilicet ab illis non fuisse Regem Borussiæ, militesque ejus sic præsentatos, quos Poloni scuticis è Theatro deturbarent. Si vero tandem aliquid hujus extorqueretur, pro summo gravamine esset habendum, quod alia scribere ac animo agitant, cogerentur.* Favor autem Religionis & communia Sacra, nunquam ceu jus & legitima causa *Postulatorum à quoquam sunt allegata, sed quod toties monitum, unica Pacta Olivensia; contra ea enim, & contra omnem justitiam favor Religionis Catholicæ adeo peccavit, ut omnes*, qui communia cum ipsis sacra *agnoscebant aut amplectebantur, licet pessimi tumultus auctores, sine ulla pœna evaderent, & longe plura contra pacem Olivensem committerentur. Imo constat, & ex exemplo Hayderi ad oculum demonstrari potest, omnes & singulos, si ad eadem sacra transire voluissent, Judicum effata potuisse effugere, ex quibus luce clarius patet, non criminum, sed unice Religionis habitam fuisse & gratiam & odium.*

Protestantes certe, quantum constat, studium religionis suæ in exteris regionibus conservandæ vel propagandæ inter legitimas belli causas nunquam retulerunt. Admonitionibus, & intercessionibus hujusmodi Causæ locum faciunt, quæ sæpe plus efficiunt, quam si de jure contendatur & per vim quid postuletur.

Quod nunquam fecisse eos constat, *nunc etiam falso illis tribuitur. Notissimum vero est, plurimam partem Catholicorum inprimis Jesuitas* studium Religionis suæ augendæ, *unicam* legitimam *& sufficientem* causam *existimare, quo omnibus Populis aliena sacra colentibus, bellum indicere queant, quo nihil acerbius atque injustius. Quid* Admonitionibus & Intercessionibus hactenus effecerint, *apud eos qui nec fœderibus locum relinquunt, Auctor monstrare debuisset; Nullus eorum unquam fuit auditus.*

Mutua enim benevolentia, quam Gentes sibi præstant & amicitia, qua vicinos in primis complectuntur, facit, ut multa eis concedant, quæ jure poterant denegare.

Dissidentium Sanctissima Jura, quorum Deus per jus jurandum Regium constitutus est testis & fidejussor, manifesto bello *civili violantur ac proculcantur. De* benevolentia *itaque nunquam cognita atque exhibita, loco eorum, quæ* jure *postulari possunt, consilium Principibus Protestantibus dare summopere fraudulentum.*

Jura autem Gentium sine dubio violaret Respublica, si quæ intempestivo Religionis Zelo impulsa Jurisdictionem in alteram sibi arrogaret, & ex hujusmodi causa restitutionem in integrum ac satisfactionem, perinde ac si ea deberetur, sub belli etiam comminatione & denuntiatione efflagitaret.

Nam Jura Gentium sine dubio violavit Respublica, quod intempestivo Zelo Religionis impulsa Jurisdictionem sibi in ea, *quæ peculiaribus Juribus, imo fœdere Olivensi excepta erant*, arrogavit, *hinc* restitutionem in integrum, prout ante bellum erat, *meditetur necesse est*, nisi bellum *in fœderis tabulis præscriptum experiri velit.*

Verum hæc tam clara sunt atque manifesta, ut non existimem fore quenquam, qui tam levem causam credat sufficere Principibus exteris, ad cognitionem rei sibi vendicandam, facile enim intelligitur, inanem esse, qui ex religionis communione desumitur, prætextum. Alius igitur quærendus fuit atque eum tandem, qui hos motus excitant, in Pactis Olivensibus se invenisse putant.

Polonos Jura Gentium *violare, adeo clarum est atque manifestum, cum insigne ejus specimen in rejecto Angliæ Legato, priori addiderint, quid itaque aliud agunt, quam quod* excitando tot motus, *nil* nisi bello causam manifestam præbeant. *Inanes enim sunt, quas allegant contra eum causas, cum ex literis Regis Angliæ, nuper per eos typis descriptis, conspicuum sit, legatum iisdem verbis ac Regem suum usum, itaque illius nomine locutum esse*; quo itaque prætextu, *illi viam ad amicabilem compositionem præcludentes hoc factum excusare poterunt, omnes alios maxime eos latet.* Prætextum alium quæri *dicit Auctor, quod probare minime valeret. Regis enim Prussiæ pulcherima prostat Declaratio, ab ipsis Polonis tantopere laudata.* Quis *vero Angliæ*, quis *Hollandiæ* prætextus sit, *aut saltem esse possit, ne Argus quidem cernere valet?*

Hæc ergo Pax novo bello causam & jus præstare debet. Contendunt enim, Pacem hanc per Decretum Judicii Nostri Assessorialis violatam esse, adeoque, & iis, cum quibus ea est inita, & fidejussoribus hujus pacis jus esse, eam ob causam satisfactionem postulandi, & sumendi etiam, nisi sponte præstetur.

Si tantopere belli *aut* novarum *rerum cupidi essent, non sane integrum annum* contendendo *& admonendo consumsissent, sed flagranti causæ magis advolassent, quam lentissimo & lenissimo gradu accessissent, itaque falsissima Auctoris, & omnium eadem Sentientium, in Principes amicissimos, & vicinos justissimos jacitur suspicio. Cum adeo omnem suspicionem rite removerimus, nil nisi hæc pax super est*, quæ non solum iis, cum quibus inita est, sed etiam omnibus Fidejussoribus jus plenum præbet, eam ob causam non solum satisfactionem postulandi, sed etiam *secundum Art.37.* sumendi, *nisi sponte præstetur.*

Constat Pacem hanc inter Poloniæ & Sveciæ Regem Anno 1660. factam esse: Itaque; qui ad eam provocant, & ex ea Jus sibi aliquod adversus nos vendicare cupiunt, ante omnia curatius expendere debebant, Utrum pax ista adhuc subsistat? An post novissimum ac diuturnum satis bellum aliam faciem induerit?

Constat *equidem* Pacem hanc inter Poloniæ & Sveciæ Regna Año 1660. factam, *sed intra hoc tempus sæpius à Polonis violatam esse; Ut enim taceam, mox post eandem Thorunensibus Templum sancti Jacobi levissimo prætextu à Monialibus fuisse ereptum, vera autem causa erat, quod Monialium templum à Præfecto Svecico muniendi causa erat dirutum, quæ res itaque Civitati nullum præjudicium adferre debuisset. Protestationes Legatorum Svecicorum & Brandeburgicorum alto supercilio ut nunc despectæ, ut lenitatem tunc & nunc adversus Polonos adhibitam, frustra locatam esse, compertum sit.*

Utrum postquam hostilitates inter utrumque Regnum cessarunt, coaluerit denuo, & agnita ab utraque parte sit? An vero & quatenus ab ea fuerit discessum?

Nihil autem magis bilem movet, quam quæstio Auctoris. Utrum hæc pax subsistat? an post novissimum ac diuturnum satis bellum aliam faciem induerit? Primo enim Auctor Svecis aliisque Fidejussoribus memoriam refricat, ut vindictam propter fœdus

fædus à Polonis nullam ob rationem violatum, & Satisfactionem petant. Si enim fæderum proterva infractio jus alicui præbere posset, sine fine illud transgrediendi, eadem quoque ratione uxor, quæ semel aut bis adulterium commisit, fædusque matrimonii violavit, jam certum jus habebit, adulterio pro libitu indulgendi, id quod absurdissimum Pars *enim* læsa, *& divinis & humanis legibus ab obligatione soluta censetur;* lædens vero *non æque, sed severam meretur animadversionem, tantum abest, ut hoc pro sui defensione allegare possit.*

Utrum ii, qui olim Paci huic accesserunt, nunc quoque eam renovaverint? Utrum primi Fidejussores denuo requisiti, & de evictione & guarantia præstanda interpellati fuerint, eandemque in se receperint? Utrum pristinæ Fidejussiones exspiraverint? An etiamnum subsistant? An non denique per pacta novissima, quæ nonnulli ex iis, qui Anno 1660. pacem hanc inierunt, aut pro ea fidejusserunt, vel cum Regno nostro vel cum Regno Sveciæ contraxerunt; res in alium plane statum reductæ fuerint. Sane animo vix concipi potest, quemadmodum illis, qui durante illo diuturno & gravissimo inter Nostrum & Sveticum Regnum bello, de Pace Olivensi restituenda, parum fuerunt solliciti, qui, cum proximis hisce annis, in quampluribus Articulis à Pace hac recederetur, se ad conservandam eam ac tuendam obstringi non existimaverunt; nunc demum ultro, cum nemo eorum operam imploraret, in mentem venire potuerit, Pacem hanc per Sententiam in causa Thorunensi latam,

Polonis unicis non solum incumbit, eam pacem, quæ perpetua esse debebat, renovare, *sed etiam veniam transgressionis petere, imo satisfactionem debitam præstare. Svecorum enim jus &* omnium Fidejussorum, *qui nihil unquam contra fædus peccarunt, tamdiu, quam ipsi censent & volunt, subsistit; quamvis tamen data occasione jus habent, bello vindictam quærendi illudque summa vi renovandi; Ut mirum sit, Polonos cum Legatis, qui amicissimo modo* illam renovare *student, adeo duriter procedere. Quod enim hi, ob violata fædera nonnullis durioribus verbis usi sunt, ipsis vitio vertitur, nisi velis ut ad pedes Polonorum provoluti, restitutionem hujus pacis supplices petant. Autor* animo concipere non potest quod Fidejussores durante nuperrimo bello, *quod Poloni nulla data occasione, imo contra tot contestationes de fide servanda legato Svecico factas, in Livoniam clam irrumpentes inceperunt non* fuerint solliciti. *Primo enim fere omnes bello erant alibi detenti, si autem*

tam, turbatam esse, seque proinde esse obligatos, ut rem in se recipiendo, Rempublicam Nostram ad Restitutionem in integrum & Satisfactionem, armis etiam, si aliter id fieri non possit, adigant?

tem obligationi suæ satisfacere potuissent, nil magis certum, quam quod iis contra Polonos vi Art. 35. arma capienda fuissent. Nunc vero patientia toties læsa postulat, ut à Polonis, qui perpetua consuetudine transgrediendi sibi plenariam facultatem horum concessam esse existimant, restitutionem in integrum & satisfactionem *quocunque modo* exigant. *Nonne Angli, ubi à bello quietem adepti erant, Suecis cum Classe suppetias laturi aderant, ni irruptione Russorum Sueci pacem facere coacti fuissent. id quod bellum contra Suecos à Polonis factum, tantisper suspendit, donec vires Sueci ad restaurandum illud colligant, de qua re, quod adeo securi sint Poloni, omnes Populi, præsertim ii, quorum Legati ad componendas has lites præsto sunt, mirantur*, animoque *hanc securitatem* vix concipere possunt.

Non deerunt puto, qui in eam adducentur suspicionem, illos, qui vel maxime Pacem Olivensem nobis objiciunt, non tam conservationem hujus, quam occasionem & prætextum novi belli quærere, nec tam de Religione tuenda, quam de Regione acquirenda esse sollicitos.

Suspicionem de Regione acquirenda, *nullis fundamentis innixam & superius rejectam, Auctor rursus adducit. Ponamus etiam hoc fieri, cujus tamen contrarium superius demonstravimus, jure id fieret. Nonne Prussia tot calamitatibus exagitata, juribusque suis exuta, nunc juris sui facta? Causa sane sufficiens, imo ab ipso Rege Sigismundo illis hæc facultas concessa, si ipsis Juramentum de conservandis Juribus non præstetur; quid nunc putes ipsis licere, ubi penitus, imo magis quam sub Crucigeris, eorum jura sunt eversa? quid igitur obstat, quo minus Regionem suam cuipiam Principum Protestantium, qui Jura conservaret, & Religionem tueretur, tradere possint? Quod tandem aliquando fieri necesse est, ni quantocyus hæc & alia Gravamina solius Regis unici Domini Auctoritate tollantur, pristinaque jura omnia reddantur.*

Ponamus autem Pacem Olivenſem adhuc in ſuo vigore perſiſtere; fingamus, nullum ex illo tempore bellum inter Regnum Noſtrum & Sueciam interceſſiſſe, nihil immutatum eſſe, fidejuſſiones olim interpoſitas omnes adhuc durare, aut etiam de novo eſſe repetitas & confirmatas, qua ratione, quæſo, probabitur, per Sententiam in Thorunenſi cauſa latam fœdera Pacis Olivenſis violata eſſe?

Autor quoties dubitat de Pace Olivenſi, num ſubſiſtat? *toties Polonos ceu transgreſſores fœderis ſiſtit, eorum enim culpa, quicquid fuerit, factum eſt. Quapropter, in re adeo manifeſta & ſufficienter demonſtrata,* fictionibus & poſitionibus *ejus opus non eſt, ex parte reliquorum omnia durant. Polonis vero omnium minime Explicatio horum concedenda eſt, quivis enim reus fidem fractam penitus amittit, & ut eorum verbis utar: Si excuſare ſufficit, nemo eſſet in orbe nocens. Poloni vero, ſi ipſos audias, innocentiſſimi.*

Res omnis redit ad ea, quæ Artic. IIdo, §. 3. continentur, cujus verba ſingula, quæ ad hanc cauſam pertinent, adſcribemus, relicta cuique libera judicandi facultate; Utrum S. Regia Majeſtas, & Reſpublica Noſtra, violatæ per hanc ſententiam Pacis inculpari poſſint.

Artic. II. §. 3.

Civitatibus Pruſſiæ regalis, quæ in Poſſeſſione ſuæ Regiæ Majeſtatis, Regnique Sueciæ, hoc bello fuerunt, manebunt itidem omnia Jura, Libertates & Privilegia, quibus ſive in Eccleſiaſticis, ſive in profanis potitæ ſunt ante hoc bellum (ſalvo libero, uti ante hoc bellum viguit in prædictis Civitatibus catho-

Auctor hic cuique liberam judicandi facultatem *permittit, & hunc in finem* Puffendorffium *allegat, qui nihil horum dicit, ſi vero* cuiquam libera judicandi facultas *competere poteſt, magis hoc Legatis Sueticis, qui Pacem pepigerunt, conveniet, en tibi eorum Declarationem & Explicationem* Articuli ſecundi, *quo Auctor bene,* omnia redire, *dicit,* hujus enim verba, *quod* ad hanc cauſam *magis quam Puffendorffii* pertinent ſingula adſcribemus.

Sacræ Regiæ Majeſtatis Regnique Sueciæ ad Pacificationem in Boruſſia Legati, Commiſſarii Plenipotentiarii.

Notum teſtatumque facimus. Quod licet à Religione Romano-Catholica in Regno Poloniæ & M. D. Lith. Diſſidentes in moderno Inſtru-

Catholicæ & Evangelicæ Religionis Exercitio) earumque Territoria, Magistratus, Communitates, Cives, Incolas & Subditos S.R. Maj. Polon. eadem, qua olim clementia & gratia Regia in posterum prosequetur, fovebit & tuebitur.

Quis non videt, hoc §. id potissimum actum esse, ut Prussicis Civitatibus, quæ durante bello Suecorum partibus adhæserant, amnestia conciliaretur? Hoc verborum contextus indicat, hoc temporis illius Historici docent, ex quibus unum, eundemque Sueticum & Brandenburgicum Historiographum allegasse sufficit.

Puffendorff Hist. Caroli Gustavi Lib. VII. §. 12. pag. 611.

Vigore igitur hujus Articuli, Prussicæ Civitates iterum in gratiam, & tutelam Regiam sunt receptæ, qua etiamnum fruuntur.

Instrumento Pacis Sueco-Polonicæ Articulo de Amnestia secundo per expressum non sint nominati, dicta tamen Amnestia tam generalis quam specialis etiam illos concernat, eaque ipsi tota frui debeant. Neque enim legationi Sueticæ mens fuit, ullas leges antiquas & antiquatas contra hæreticos sic dictos sancitas, vel etiam novas durante hoc bello [quod merito præsumi debet ac potest, nihil esse innovandum] latas, hoc tractatu confirmandi, sed potius, ut hac pacificatione cuncta *in eum statum, qui ante hoc bellum fuit*, reducantur, nec cuiquam, quod partes S. R. Majestatis Sueciæ secutus fuerit, sub quocunque prætextu noxæ & fraudi sit efficiendi. Ac proinde declaramus ac testamur, verba in §. 2. præfati Articuli: *Secundum Leges Regni* ex parte nostra non aliam vel antehac admisisse, vel etiamnum admittere interpretationem posse, quam ut unusquisque sine exceptione, & cujuscunque Status, conditionis aut Religionis sit, gaudere debeat juribus, privilegiis & consuetudinibus, tam in Ecclesiasticis, quam in profanis, secundum Leges Regni, *sicut ante hoc Bellum* observatum fuit. In cujus rei fidem præsens attestatum manibus nostris subscriptum, sigillo Legationis majori roborari fecimus. Sobothi die 31. & 21. Maii 1660.

Magnus Gabriel de la Gardie, Benedictus Oxenstierna à Gyldenklau, Christoph Carl à Schlippenbach,

Fando percepimus, eſſe Thorunenſibus ſimile quoddam & longe expreſſius atteſtatum, quod tamen injuria præſentium temporum ſupprimit, quo minus publici juris fiat.

Jura, Libertates, atque Privilegia ipſis ſunt confirmata, quæ ipſis non ademta ſunt, neque adimentur, vel in ipſo Decreto noviſſimo Civitati Thorunenſi Jura hæc diſertis verbis reſervata, & denovo confirmata ſunt.

Quis quæſo ſanæ mentis hoc credere poſſit, quod ipſa ratio & tot legationes negant: Civitati Thorunenſi vel in ipſo Decreto Privilegia & Jura eſſe confirmata, *cum potius omnia Jura tandem everſa triſtis experientia doceat.*

Neque tamen ſilentio eſt tranſeundum, has ipſas Pruſſiæ Civitates, eodem tempore, quo Pax hæc ſancita fuit, ac præſertim Thorunenſem, jam antea Regi Joanni Caſimiro, qui tunc imperabat, de novo obſequium & fidelitatem promiſiſſe, ſeque omni tempore omnia boni & fidelis ſubditi officia præſtituram, ſpoſpondiſſe. Atque hac ipſa ſub conditione eidem priſtina Privilegia confirmata & renovata ſunt. Imo, qui proxime præcedit §. II. Artic. hujus ſecundi, diſertiſſime oſtendit, non aliter Civitates Pruſſiæ, *niſi Legibus Regni convenienter*, his Privilegiis uti debere.

Neque tamen eſt tranſeundum ſilentio, *quod* ante illud tempus, quo Pax hæc ſancita fuit *per Conditiones cum Præfecto Suecico à parte Poloniæ Regis factas, ipſi omnia hæc jura confirmata, & ad omnia tempora, qualia ante bellum fuerant, Regis fide interpoſita, ſint ſtabilita. Ex adpoſita authentica Explicatione Legatorum Suecicorum patet, jam tum Catholicos gloriatos fuiſſe hanc formulam;* Legibus Regni convenienter, *fraudulenter, prout nunc Auctor facit, explicari poſſe, quo non ſolum Boruſſi, & Civitates Boruſſiæ, ibi per expreſſum nominati, ſed præſertim reliqui Diſſidentes ab hac pace excluderentur; antiqua hæc fraus eſt, mox tamen detecta & ſoluta.*

Ex quo intelligitur, eas hac Amneſtia atque his Privilegiis tam diu frui, quoad Legibus & Officiis ſuis congruenter ſe gerant.

Id generis clauſulæ in nullis Pacifica-

Ex quo intelligitur, eas hac Amneſtia *atque his Privilegiis perpetuo frui debere, præcipue quod* Civitas Legibus & Officiis congruenter ſe geſſerit, *eidemque præter juſtitiam tumultus,*

cificationum tabulis non occurrunt. Quis vero exiſtimabit, illas ſubditis hoc præſtare, ut ipſis Privilegia, etiamſi delinquant, aut ſi ſeditionem moliantur, adimi, aut imminui nequeant.

Ea certe de re Pacis Olivenſis tabulis nihil quidquam cautum eſt, ipſaque negotiorum natura prohibet, quo minus Amneſtia eo usque extendatur. De illo quippe Caſu, ſi quæ harum Civitatum, tumultum excitaverit, aut aliud grave delictum commiſerit, atque ita Privilegiis & Immunitatibus indignam ſe reddiderit, eo tempore ne cogitatum quidem eſt, neque credibile eſt, eos, qui pacem eam fecerunt, hunc Caſum complecti, & ſubditis hoc pacto occaſionem & licentiam delinquendi præſtare voluiſſe. Porro de ſententia hujus Paragraphi, Pruſſiæ, quas diximus, Civitatibus, liberum exercitium Catholicæ & Evangelicæ Religionis, perinde atque ante illud bellum fuerat, ſalvum eſſe debet. Hoc ipſum quoque nulli Civitatum Pruſſiæ, & ne Thorunenſi quidem interverſum eſt; quippe libero Religionis Exercitio etiamnum gaudet, quantumvis Catholicos in ſuæ Religionis Exercitio, inaudito

multus, quem Auctor ſemper ad augendam invidiam, peſſimo ſeditionis *nomine allegat, ab infima tantum plebe excitatus, adeo ſit imputatus, ut Civitati, quæ Regi Sereniſſimo tanta fidelitate adhæſit, ſic ut duriſſimam obſidionem ſine omni* ſeditione *cum maxima virtute magis quam præſidium ſuſtinerent, nunc contra Pacem Olivenſem omnia Jura ſint erepta.*

Superius demonſtravimus, & pulcherrima declaratione communivimus, Amneſtiam eousque debere extendi, non ut licentia ſubditorum *promoveatur, ſed ut* licentia Polonorum, *qui contra Jura Boruſſica Civitates pro ſubditis ſuis habent, & quavis arrepta occaſione liberum exercitium Religionis Disſidentis turbant, fœdere reſtringatur. Ponamus etiam Thorunenſes hæc omnia promeruiſſe (cum tamen magis Jeſuitæ ob toties excitatum tumultum per Studioſos ſuos privilegiis ſuis privari debuiſſent). Nonne prius hæc res ad Paciſcentes & Fidejuſſores erat deferenda? nam quæ communi omnium conſenſu ſunt confirmata,* ad omnes pertinent, *& nonniſi cum eorum conſenſu poſſunt infirmari aut infringi. Neque enim inficias ire poſſumus, dari caſus, ubi ea etiam, quæ in pace aſſerta ſunt, poſſunt mutari, ſed nonniſi omnium partium conſenſu. Nonne fuiſſet integrum*

to plane modo turbaverit. Quod si ei, in pœnam hujus criminis, exercitium Religionis Lutheranæ certis limitibus restrictum esset, non tamen idcirco id pro infractione pacis hujus haberi posset: Privilegia enim requirunt, ne quis iis male utatur. Casus delicti, nec Privilegiis Civitatum Prussiæ neque Pace Olivensi comprehenditur.

tegrum, reos tamdiu in custodia detinere, aut si sanguine adeo delectabantur, reliquorum, de quibus erant solennissimæ Legatorum Protestationes, Executionem tantisper suspendere, atque patienter discussionem hujus gravissimæ Protestationis expectare? Distinctiunculæ hic positæ, ac si liberum Religionis Exercitium ipsis, prout ante bellum fuerat, relictum esset, *vix dignæ sunt, ut legantur, tantum abest ut mereantur refutationem. Auctor enim* per tumultum inaudito plane modo liberum Exercitium Catholicæ Religionis turbatum esse *dicit, quid putas dixisset, si Catholicis Templum aut Collegium fuisset ereptum, ut Dissidentibus accidit, hic enim revera dici potest,* inaudito modo liberum Exercitium Religionis esse turbatum.

Templi, quod Patribus Bernhardinis restitutum est, nulla in hac pace facta est mentio; hoc enim Templum ut superius diximus, jam ante illud bellum, per complura Decreta Regia Patribus his adjudicatum, Civitatique ejus Restitutio injuncta est. Quæ Decreta Pax Olivensis adeo non sustulit, ut potius utrique Religioni, & consequenter, etiam Catholicæ Jura, quibus ante illud bellum fruebatur, confirmaverit.

Omnium pessima est explicatio, & contra naturam omnium fœderum, scilicet fuisse jam ante illud bellum plurima Decreta, quæ Pax Olivensis non sustulerit, sed confirmaverit. *Quamvis enim hoc per superius allegatam Declarationem Suecicam non esset explicatum, sana tamen ratio* id quemque doceret, *verba illa* prout ante bellum erant, *tollere omnes antiquiores lites & rixas; Ni hoc enim esset, omnis fœderum fides & valor pereat necesse est. Sed pessima quæque res, pessimam quoque post se trahit excusationem.*

Quod si tamen quis existimaverit, (etiamsi concipi vix possit) in Causa Thorunensi nonnihil contigisse quod Paci Olivensi ejusque Articuli II,

Omnes *itaque* existimant, *quod solum Poloni* concipere non possunt, *aut saltem concipere nolunt,* in Causa Thorunensi *non solum* nonnihil; *sed*

Genuina Ratiocinatio &c.	Justum Examen Ratiocinat.
II, §. 3tio adversetur, iis ipsis tamen, qui nunc maximos propterea motus cient, ea de re conquerendi jus non competeret.	*sed multa & gravissima facta esse, quæ* Paci Olivensi ejusque Art. II, §. tertio adversantur, omnibus præterea jus competit, de hac re conquerendi,

quod tamen Auctor noster pro re injusta, imo pro maximis motibus *ubique venditat.*

Non enim Pax inter Rempublicam Polonam & Electoratum Brandenburgicum, sed Poloniam inter & Sueciam est inita.	*Quis quæso ignorat Regem Borussiæ non solum* inter Fidejussores, *sed etiam inter Partes paciscentes locum habere? nisi distinctionibus inu-*

tilibus quidvis ex quovis facere velimus.

Elector Brandenburgicus illo tempore una cum S. Cæs. Maj. & Regno Poloniæ ex una, eademque parte contra Suecos, velut alteram adversam partem stetit, adeoque illi in hac pace pro una veluti persona habentur. Nominatim vero Artic. II, §. 3. nonnisi ad instantiam Regis Sueciæ, qui durante illo Bello, Prussiæ Urbes possederat, iisque hanc Amnestiam prospicere allaborabat insertus est. Puff. Lib. VII. §. 12. Hist. Carl.	*Quod vero* Electorem cum Republica contra Suecos stetisse *dicat, &* hanc ob causam teneri, *etiamsi fœdus à Polonis frangatur, perpetuo* cum illis facere, *vel etiam S. S. Cæs. Majestati* idem incumbere, *adeo contra omnem sanam rationem est positum, ut potius contra ipsos faciat, quod ut tunc, sic & nunc amicos penitus despiciant, illorumque monita, ac si ab inimicissimis profecta essent aspernantur.* Ad instantiam equi-

dem Suecorum Amnestiæ Articulus est factus, *sed omnes hujus securitati prospicere ex fœdere æqualiter tenentur.*

Elector Brandenburgicus ratione Prussiæ Regalis tunc temporis nihil quicquam stipulatus est, nec vicissim Rex Poloniæ Joannes Casimirus & Respublica ipsi hac ex parte quidquam promiserunt.	Elector Brandenburgicus *non solum* ratione Prussiæ Regalis *tanquam Fidejussor* omnia stipulatus est, *sed &* Rex Poloniæ cum Republica *omnia sanctissime servanda* promiserunt.
Manet potius Electorem Fridericum Wilhelmum hæc gloria, quod eo	*Si* Electorem Fridericum Wilhelmum hæc gloria manet, quod eo tem-

Genuina Ratiocinatio &c.	Justum Examen Ratiocinat.
eo tempore Catholicorum in Livonia Patrocinium strenue susceperit, pro illis apud Regem Sueciæ intercesserit, ac ut iis liberum Religionis Exercitium relinqueretur, sedulo allaboraverit. Adeoque Aula hæc causam habet, prospiciendi potius, ut ea, quæ Art. IV. §. 2. Tabularum Olivensium pacta sunt, recte observentur, quam ut de Articulo II, ac de iis, quæ ratione Prussiæ Civitatum cum Suecis pacta sunt, sollicita esse debeat.	tempore Catholicotum in Livonia patrocinium susceperit, ut iis liberum Religionis Exercitium relinqueretur, *non minor hodiernum* Sereniss. Fridericum Wilhelmum manebit gloria, *quod gloriosis avitis vestigiis insistens, eodemmodo de* libero quoque Exercitio *in fœdere expresse addito,* sit sollicitus, *atque ut hoc fœdus in omnibus suis clausulis illibatum maneat,* sedulo allaboret. *Qui enim aliena etiam ante Pacta* curavit, *ei nemo vitio potest vertere, quod propria, non solum amoris sed fœderis impulsu,* conservare studeat. Hujus gloriæ, *si Poloni se participes reddere volunt, eodem modo ac hic, quem laudant,* contrariæ Religioni prospiciant.
Soli Sueciæ Regno, siquidem Pax hæc adhuc subsisteret, & huic Articulo contraventum esset, potissimum admonendi nos ea de re jus competeret; Quantum vero constat, Suecia apud Regem nostrum Serenissimum & Rempublicam nihil quicquam de eo conquesta est. Confidimus etiam suam R. Majestatem una cum Ordinibus Regni Sueciæ pro æquitate sua, ea, quæ hac in Causa gesta sunt, pro violatione Pacis Olivensis non habituram esse.	Soli Sueciæ Regno, *cujus Legatos propter bellum injuste ipsi à Polonis illatum & nondum sublatum, nec adesse, nec adesse posse notum est,* hoc juris *tribuit. Præterea negat Sueciam* literis quicquam de eo conquestam esse, *ut sine fundamento* confidat suam S. Regiam Majestatem cum Ordinibus Sueciæ, ea, quæ gesta sunt, non habituram pro violatione Pacis Olivensis. *Cum hocce Regnum magis quam aliud quoque licet vel plane non existeret Casus Thorunensis, propter ea, quæ antea gesta sunt, de maxima violatione Pacis Olivensis* jure conqueri possit.
Reliquis certe Principibus & Resp. Pax Olivensis, nullam causam præbere potest, cur nobis hac de re litem	*Mira se invenisse gaudet autor, & plane* ad alium Casum pertinere fidejussionem mutuam, *existimat, & bona*

litem moveant. Quamvis enim Articulo 35. hujus Pacis omnes in Universum Paciscentes se mutuo ad Fidejussionem obstrinxerint, id ipsum tamen plane ad alium casum pertinet: Si nimirum una pars alteram bello aggrediatur, qui casus certe nunc non existit. Quod si verba quis §. 11. Artic. hujus 35. urgeat: *Si contingat unam partem ab altera gravi aliqua injuria, citra tamen armorum vim vexari* &c. ne ea quidem ad præsentem casum applicari possunt. Hic ipse enim §. docet, expectandum ante omnia esse, an pars læsa cum lædente convenire possit, quippe quamdiu hæc spes superest, compaciscentibus nullum jus est, negotio se ingerendi.

bona fide, hunc Casum non existere, dicit, *ut hodie mihi natus videatur, qui de gravissimo bello, quo Polonia Sueciam aggressa est, & quidem adhuc subsistente, nihil quicquam sciat, aut fando perceperit. Quid si Legatorum Propositiones & Instructiones, quas Poloni audire nolunt, non solum Thorunensibus sed etiam Suecis factam injuriam continerent? Utrisque enim & gravis injuria &* bellum factum est. *Quousque enim, quæso, erit* expectandum, an pars læsa cum lædente convenire possit? *quippe fateor, elapso termino in Instrumento Pacis præfixo* nullam omnino spem superesse, *quapropter illis jamjam longe majus & severius* Jus est, *scilicet bello & vi armorum negotium componendi, hoc enim* verba Artic. hujus 35. & docent & urgent.

Nec ante quidquam suscipiendum erit à Compaciscentibus & Fidejussoribus, quam post factam à parte læsa requisitionem.

Forsitan Auctor, tamdiu expectandum esse *censet*, *donec Præses Civitatis, qui omnium maxime* læsus fuit, *coram extremo judicio* requisitionem *hancce faciat, Hoc enim de summa injuria testatur, quod etiam non* requisiti Fidejussores, *quibus hoc competebat*, *advenerint.*

Quarum rerum omnium nihil hucusque factum est, Non enim compertum est, partem læsam quidquam à Republica nostra postulasse, nec dici potest, Nos ea de re convenire non posse, neque eos, qui hac de re maximos cient motus, quisquam compellavit.

Quod si infimæ conditionis homines pactum inirent, arbitrosque & Fidejussores, ut sæpius fit, constituerent & ipsi rogarent, num si ab alterutro paciscentium aliquo modo pactum violaretur, arbitrique etiam sine requisitione *transgressorem*

rem monerent, lædens posset excipere, sibi nihil cum iis, sed solum cum parte læsa rem atque negotium esse. Pudeat itaque autorem, quod hoc juris tot Principibus eripere audeat.

A Thorunensi & reliquis Prussiæ Civitatibus quidem hoc certe non est factum, quamvis cum his ne inita quidem hæc pax sit, ut pro parte paciscente haberi nequeant, licet Amnestia, quæ Art. II. §. 2. continetur ad ipsas pertineat.

Exultant Poloni, se pulcherrimam Civitatem adeo oppressisse, ut ne hiscere quidem, aut de injuria conqueri *audeat, quos sane pro rebellibus haberent*, si compertum esset, illam Fidejussores requisisse. *Quamvis minime peccaretur, si in his, & in Puncto Amnestiæ Fidejussores compellarent, hoc enim non esset ad alienum Dominum confugere. Quid, quod omnia illis nunc licere, supra Regis Sigismundi Declaratione luculenter demonstravimus.*

Compaciscentibus autem, qui antehac Nobis cum adversus Suecos bellum gesserunt, & in Pace cum Suecis condenda, Socii & Adjutores Nobis fuerunt, qui in 2do Pactorum horum Articulo nihil quicquam à nobis stipulati sunt, quibus Nos nihil promisimus, tanto minus in mentem venire potest, se per sententiam à Judicio Nostro Assessoriali latam, læsos esse, aut nobis lædendi animum fuisse.

Compaciscentium nomine *hic Regem Borussiæ indigitat, qvi duplici jure qua Conpaciscens & qua Fidejussor etiam eorum*, quæ in toto Fœdere, non solum Articulo II. expressa sunt, *factus est Arbiter, hinc utroque nomine* se læsum esse per sententiam à Judicio Assessoriali latam, *justissime conqueritur. Judicia enim & Tribunalia ultra leges Regni progredi non audent. Pacta vero cum aliis Principibus inita, legibus aliis superiora esse, quis est, qui ignoret, nisi auctor noster, qui studio ignorantiam fingit.*

Sed nec Fidejussores Pacis Olivensis causam habent, huic negotio se ingerendi, imprimis autem vix intelligi potest, qua ratione S. R. Maj. Britanniæ huic negotio implicari possit.

Eodem pulcherrimo ac genuino ratiocinandi modo *Auctor progreditur, eademque ad nauseam usque continuo recoquit. Scilicet* nullum Fidejussorem se negotio huic implicare posse.

Integrum sane est Serenissimo illi Regi tanquam Defensori Fidei Religionem dominantem in Regno & Provinciis suis tueri ac defendere. Integrum ei etiam est, religionis suæ Asseclarum, & omnium Protestantium, quamcunque Confessionem Fidei sequantur, etiam extra Regnum Angliæ patrocinium suscipere, pro eis intercedere, & officia sua interponere.

In Statum vero Religionis Poloniæ Nostræ inquirere, aut Protectorem & Defensorem Dissidentium apud nos agere, ne quidem Rex Angliæ desiderabit, sicut nec permittet, ut alii Catholicorum in Regnis & Provinciis ejus tutelam suscipiant, & Jura eorum atque Exercitium Religionis, quo fruuntur ipsis asserere conentur. Speramus potius ac confidimus eum locum daturum æquitatis plenissimæ regulæ: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

Cum tamen cuivis Fidejussorum integrum sit, *hoc facere, ad quod fœdere obstrictus est. Ponamus vero Regem Angliæ ad hanc pacem penitus non pertinere, nonne solo nomine Defensoris Fidei, quod ipsi à Pontifice est traditum, hoc agere potest.*

Cui quæso ignotum est, præcipue Catholico-Romanis, quod in Causa Religionis *non in* proprio subsistere Dominio *Regnans cogatur, sed potestatem quoque* suam in alia Regna extendere possit, *nisi Principis illius Italici, Pontificis inquam Dominium ex omnibus Europæ Regnis repellere, & intra fines* Regionis suæ *constringere velis. Quoties quæso ille verbis solummodo, aut ejusmodi titulis datis, Reges ad maxima bella suscitavit, ut religionem suam, sive contra sic dictos infideles, sive hæreticos, sive etiam catholicos, quævis Imperia detrectantes, magis tamen regionem & Dominium ipsius ultra antiqui Romani Imperii fines proferrent. Hæc enim est Religio vere Dominans aut dominandi cupida.* Quod itaque sibi fieri non vult, alteri, *transgrediendo fines*, ne faciat. *Mirum autem est, quod Poloni, qui Tribunal Pontificis in Causa Religionis etiam ad latus Regium patiuntur, talia proferre audeant.*

Sed & Pax Olivensis S. R. Majestati ansam nullam suppeditare poterit, ut negotio huic se interponat: Sane non constat, an Rex Sueciæ, Caro-

Magis sibi in re tam gravi constare deberet *Autor*; *primo differentiam inter* Regem Angliæ & Rempublicam *ponit, quæ hoc in casu est supervaca-*

Carolum II. Angliæ tunc temporis Regem, Fidejussorem hujus Pacis unquam nominaverit, aut adsciverit. Rex iste, quo Pax Olivensis coalescebat, Regnorum suorum gubernacula nondum capessiverat. Certe Pacis, quæ Sueciam inter ac Daniam, aliquot demum Menses post Olivensem, conclusa fuit, Mediatorem, non Rex Carolus, sed Respublica Angliæ egit.

pervacanea. Rex enim Serenissimus Georgius omnes, sive à Regibus, sive à Republica factas fidejussiones *& Pacta, unà cum Regno suscepit; hac enim norma judicandi &* ratiocinandi, *quam Auctor insuper* genuinam *dixit, sequeretur: Ad illius fœderis, quod Sereniss. Anna cum Gallis pepigit, observationem tantum Reginas, non vero Reges obstringi.* Constare autem debuisset *Auctori, quod Mediatio hæc ab Anglis peculiari & solenni lege (quam vulgo* Acte *dicunt) confirmata fuerit.*

Et quamvis non diffiteamur Regem nostrum Joannem Casimirum, & Electorem Brandenburgicum, post Pacem Olivensem initam: Carolum hunc II. intra præfinitum Articulo 36. temporis spatium una cum aliis, denominasse fidejussorem, non tamen satis constat, an fidejussio hæc à Carolo Rege acceptata fuerit. Quod si hæc quoque dederis, à Nostra Republica contra Regnum Sueciæ non autem ab hoc Regno contra Nos ad Guarantiam electus & requisitus fuit.

Mirum utique videri debet, Auctorem Ratiocinationis, in causa quam defendendam suscepit, usque adeo hospitem esse, ut, cum sciret à Rege Poloniæ & Electore Brandenburgico, post Pacem Olivensem initam, Carolum II. M. Brit. R. Pacis Fidejussorem denominatum fuisse, tamen ignoraverit, petitam illam Fidejussionem à Carolo solenni ritu fuisse acceptatam. Atqui Carolus eam acceptavit solennissimè, edito hanc in rem consueto susceptæ Guarantiæ Diplomate, sub dato, in Palatio Westmonasteriensi, die 26. Mens. Januar. st. v. A. D. 1663. Regnique Sui XV. *ubi inter alia sic loquitur:*

Cum - - - Nos quoque probè perspectum habeamus, quantum Tranquillitatis publicæ, Libertatis Commerciorum, Regnorumque nostrorum intersit, ut prædicta Pax - - - inviolata & firma maneat, & ne Oræ istæ Orientales & Mare Balticum novis implicentur turbis, Nos eam - - - approbare, laudare,

laudare, ratihabere, ac fidejussione nostra confirmare, prout hisce approbamus, laudamus, ratihabemus, & Fidejussione nostra confirmamus. N.B. Regia promittentes fide, nos omni studio, Consiliis, & cum opus fuerit ARMATA MANU impedituros, ne dicta Pax - à QUOPIAM violetur vel infringatur &c. *Eat nunc Autor, & dubitet de Caroli II. fidejussione, iisque quæ hanc comitantur Juribus.*

Itaque non apparet, qua ratione nunc ad fidejussionem hanc provocari, eaque contra nos allegari possit; Quis credidisset fieri posse, ut hæc ex singulari fiducia & intuitu perpetuæ amicitiæ, quæ Regno nostro cum Angliæ Regno ab omni memoria intercessit, facta denominatio Regis Caroli II. ad fidejussionem, quam ille ut videtur, ne quidem in se suscepit, contra nos aliquando allegaretur, atque ex ea occasio in Instituta, leges, sententias & Decreta nostra inquirendi, & de iis cognoscendi captaretur. Accedit ad hæc, quod Fidejussores, sua ante interponere non soleant officia, quam ab iis, ad quos res pertinet, fuerint requisiti. Pactorum vero Olivensium Artic. 36. etiam nominatim cautum est, id non nisi ad requisitionem partis læsæ fieri debere.

Verum equidem est, quod Fidejussores Officia sua ante interponere non soleant, quam ab iis ad quos res pertinet, fuerint requisiti. *Sed demonstret autor, quod illud facere* non debeant. *In re enim adeo insolita laudem potius merentur, quod* non requisiti *à miseris, quibus id facere, misericordiamque Fidejussorum implorare est prohibitum, suppetias ferre non detrectaverint. sed ultro & quasi discincti accurrerint.*

Quæ vero hic est pars læsa? aut à quo tandem facta est requisitio? Civitas certe Thorunensis fidejussores non sollicitavit, sed nec pro parte compaciscente ea, aut pro parte læsa ulla ratione haberi potest. Quod si Regnum Sueciæ Pacis Olivensis restitutionem postularet, sane alias & graviores causas haberet, ex quibus eam

Crambem bis imo decies coactam atque recoctam, de parte læsa, de requisitione nondum facta, de parte paciscente, *perpetuo adponit Autor, quapropter non inique ferat, quod ne degustare illam amplius quis desideret. Quod si autem* Sueciæ Regnum Pacis Olivensis restitutionem postularet, gravissimas & maximas ha-

eam urgeret. Atque vereor, ut ii, qui Regnum Sueciæ sollicitant, ut Pacis hujus rationem habeat, sibi suisque Sociis bene consulant. Fidejussores Pacis Olivensis, ut superius ostendimus, eo tempore, quo inter Nostrum & Sueciæ Regnum bellum gerebatur, parum de restituenda Pace Olivensi solliciti fuerunt.

haberet causas; *Poloniam enim tanquam causam & originem omnium malorum, quæ Suecia est perpessa, propter bellum ultro & contra fœdus illatum, habere posset, & Restitutionem omnium ab Auctoribus belli petere. Idemque alii Fidejussores ad* Requisitionem *Sueciæ facere possent.* Atque vereor, ut ii, qui Regnum Sueciæ adeo *frequenti mentione* sollicitant, ut Pacis hujus redintegrationem poscat, sibi *regnoque Poloniæ* bene consulant. *De quo enim fidejussores tunc* solliciti esse *non poterant, id tandem aliquando aut nunc optimo jure, sed cum Polonorum damno facere possunt.*

Anglia inprimis, cum Livoniæ & Germanicarum, quæ ad Regnum Sueciæ pertinent Provinciarum, ad quas nominatim Olivensis Pax Art. I. extenditur, conditio & status non parum immutaretur non putavit suarum partium esse, se causæ huic interponere, aut de Pace Olivensi conservanda vel restituenda cogitare.

Auctor plane immemor eorum, quæ superius dixit, scilicet Angliam nonnisi à Polonis contra Suecos vocatam esse, hinc nemini nisi Polonis *Guarantiæ beneficium impertiri debere; nunc rursus vitio illis vertit, quod Suecis auxilium non tulerint; adeo præterea in historia recentissima hospes, ut nesciat, quod* Angli, cum Livonia & aliæ Suecicæ Provinciæ *à Russis tenerentur, (hos enim Poloni in consortium belli, fracta pace Olivensi, sibi adsciverant) Classem Suecis ad defensionem harum junxerint; quod abunde testatur Anglos & tunc* de defendenda Livonia & Suecia, *imo nunc de Borussia & tota* Pace Olivensi restituenda, *perpetuam habuisse curam.*

Nunc vero, posteaquam Pax ista aliam plane faciem induit, sponte etiam, nec quoquam implorante ad eam provocatur, ex eaque prætextus capi posse creditur, Sententias & Decreta Judiciorum nostrorum reformandi, & in Nos quasi Jurisdictionem quandam sibi arrogandi,

Si quid in Pace Olivensi mutatum est, *culpa Polonorum id factum esse constat, qua de causa, quod & bello & Decreto illo rigoroso pacem hanc violarunt, pacisque mitissimam* faciem, *in belli cædiumque truculentam larvam commutarunt, merito taxandi & reformandi, quod Auctor*

alio prætextu *ab Anglia fieri dicit*, *quapropter eam* arrogantiæ *non sine gravi injuria accusat.*

Quæ, qui singula absque partium studio consideraverit, is facile intelliget, vim fieri Pacis Olivensis Tabulis, si ad hanc causam trahantur, atque S. R. Majestas & Respublica nostra Pacis hujus violatæ arguantur.

Quæ, qui singula absque partium studio consideraverit, is facile intelliget vim fieri & factam esse summam Paci Olivensi, ejusque Tabulas *ab Auctore* huc *& illuc*, *ac quod ajunt obtorto collo* trahi, *quo sensum speciosum saltem inde exprimere*, *Rempublicamque* violatæ pacis *absolvere possit*, *sed neminem*, *ut opinor*, *in suam sententiam* trahet.

Itaque hæc sufficere poterunt causæ & Instituto Nostro superest ut moneamus, ipsa Pacta Olivensia luculenter docere, qua ratione procedendum sit, si quid contra pacem hanc admissum fuerit, quo tanto manifestius appareat, etiamsi quis fingat Pacem Olivensem huc trahi posse, alio tamen prorsus modo hoc negotium tractandum fuisse.

Nec hoc, *nec quidquam*, *quod in hac causa dici adhuc ab Autore & omnibus Polonis posset*, unquam sufficere poterit, *quo injuria tam atrox & enormis tegatur. Ubique enim & in re ipsa &* in modis, *quos Principibus præscribere aut explicare annititur*, *gravissime impingit Auctor*, *& quod accidere necesse erat*, *suis excusationibus manifestius Polonos accusat*, *ita ut quivis tandem cognoscat*, *Polonis & in causa Thorunensi*, *& in negotio componendo*, *longe* aliter procedendum fuisse.

Secundum Articulum 35. §. 2do Pacis Olivensis, pars ea, quæ ab altera læditur, primum tentare debet, ut adversæ parti ipsa per se reconcilietur, hoc enim præcipiunt verba hujus Articuli: *Si contingat unam partem ab altera*, *vel plures à pluribus gravi aliqua injuria*, *citra tamen vim armorum vexari*, non licebit ideo læsæ ad arma subito recurrere, *sed ante amicabilis componendarum hujusmodi controversiarum ratio ineunda erit*, *vide-*

Num inficias ire potest Auctor, *Civitatem Thorunensem* omnia tentasse, *quo tandem saltem misericordiam*, *si justitiam non posset impetraret*, *sed frustra. Idem fere Fidejussores fecere*, *quamvis horum erat ubique cum auctoritate loqui. In allegatione verborum ex fœdere desumtorum*, *auctor hæc* non licebit ideo læso ad arma subito recurrere *peculiari charactere notavit*, quasi subito ad arma sit concursum, *optandum foret*, *ut in formanda*

videlicet, ut læsus accepta injuria, si immediate cum lædente convenire nequeat, alios Paciscentes moneat &c.

Si quis igitur crediderit, Rempublicam Nostram, Pacem Olivensem violasse in Causa Thorunensi, quod nulla ratione probari poterit, is tamen concedet, expectandum ante omnia esse, donec pars læsa aliquid ob eam rem ad S. R. Majestatem & Remp. Nostram deferat; experiendum prius, utrum pars cum parte sine arbitris redire in gratiam, & ne adhibita quidem cæterorum, sive compaciscentium, sive etiam fidejussorum opera, de causa transigere velit; si amicabilis compositio inter partes, frustra tentata fuerit, tum vero secundum Pacta Olivensia reliqui paciscentes à læso ea de re admonendi, & de ope auxilioque præstando compellandi sunt. Ergo hæc quoque interpellatio & admonitio expectanda erat, si quidem de Pace Olivensi violata, quod fieri omnino nequit, agi nobiscum possit.

His quoque remediis si nihil efficiatur, Commissio generalis omnium Paciscentium nomine ad confinia læsi intra quatuor Menses est instituenda, ibique ut lis intra alios quatuor Menses dirimatur, sedulo danda est opera.

manda sententia solam vocem subito *penitus considerassent judices, neve* subitanea *ac præcipiti judicandi ratione miseros* læsissent, *si neque sibi, ut fit ex festinatione, maximam ignominiam attraxissent.*

Tot media amicabilia proponit auctor, ut si ex verbis ejusdem formandum esset judicium, diceres neminem magis quam Polonos circumspecte procedere, lenitatique sic indulgere, ut aliis Populis hac in re præcepta & leges dare, & suo exemplo omnia, quæ ad componendas lites unquam excogitari possint, comprobare valeant. Si vero facta aspicias, ea verbis prorsus contraria deprehendas. Hæc Auctor suos tunc, cum opus esset, docere debuisset, apud quos tot Legati frustra tempus consumunt, *oleumque & operam, quod dicitur, perdunt,* nullumque finem *componendarum rixarum cernere, aut* expectare *queant. Quid quod lites cum illis, qui summa patientia pacem & tranquillitatem quærunt, novæ excitantur, ut* quod nullibi *ac ne vix in bello quidem* fieri solet, *nemo cum illis agere possit.*

Quis itaque non videt, quibusvis remediis adhibitis nihil penitus effici. Quatuor enim Menses, aliique & alii quatuor Menses sunt elapsi, tempusque per fœdus constitutum, *exspiravit, nec tamen à Polonis ulla ad dirimendam litem,* data est opera.

Hæc

Hæc singula luculenter ostendunt, hunc §. ad præsentem causam, nulla ratione trahi aut referri posse. Quæ enim sunt illa læsæ partis confinia, ubi Commissio generalis institui possit? quæ est illa gravis injuria, qua pars à parte fuerit affecta?

Hæc singula luculenter ostendunt, *nihil superesse, nisi vim & arma, quæ hanc litem ferro decidere queant. Si* locum, *ubi pax innovari possit, nesciat, toties à se nominatam Olivam sciat esse sitam* in Confiniis Borussiæ læsæ, *nam non una Pars & Civitas de injuriis conqueruntur, inprimis Gedanum Olivæ proximum, templum enim Parochiale, cujus Possessio per fœdus Olivense Civitati est corroborata, à Republica, cui nullum jus in Borussiam, per Tractatus est abjudicatum; Neque dubitandum, quin vi & occasione hujus Constitutionis, quæ summopere Paci Olivensi est contraria, sive libertatem Religionis in Urbe Gedanensi, sive in Polonia & M. D. Lithuaniæ spectes, aliquando similes aut majores motus excitari possint, ni quantocyus O*livam *redeatur, & pax summopere violata pristino suo vigori reddatur.*

Sed fac hæc omnia habere locum, generalis tamen ab omnibus & singulis paciscentibus, adeoque à S. Cæsarea Majestate, à S. R. M. & Republica nostra, atque à Regno Sueciæ, & ab Aula Prussica, Commissio instituenda erit, si Pacem Olivensem sequi velimus.

Adeo accuratus est auctor, in definienda illa Commissione generali *Paciscentium, à quibus negotiis Fidejussores penitus excludit. Sed per quem quæsostetit, ne illa institueretur? Nonne* S. Cæs. Majestas *omnem locavit operam? Nonne* Rex Borussiæ *omnes vires intendit? Sed unici Poloni in mora sunt, qui præterea bello pristino* Suecis *præcluserunt vias & aditus, donec eas per vim sibi rursus aperiant.*

Quod si ne sic quidem partes in gratiam redeant, tum demum læso integrum est, alteri bellum solenniter denuntiare, & jus suum armis prosequi.

Quod si vero Partes *& hunc modum respuant, tempusque fœderis & patientiæ elabatur, quod à parte Polonorum fit. Nonne aliis* jam plenaria facultas conceditur bellum denuntiare, & jus suum prosequi armis? *Hoc vero nondum esse factum, de summa aliorum patientia ac lenitate testatur.*

 Non

Non minus Articulus 36. Pacis Olivensis postulat, ut media amicabilia ante omnia adhibeantur. Si hæc non procedant, tum demum fidejussores parti læsæ ad ejus requisitionem se sociare debent.

Tot jam Articulis & Paragraphis demonstravimus, *Polonos* omnia media amicabilia *jam per integrum annum &* ante omnia *adhibita respuere. Quid itaque obstat, quo minus etiam Fidejussores* sibi invicem sociati, *partem lædentem, qui nec gemitus læsis emittere permittit, ejus damno doceant, ut pacem & omnes ejus partes amplius non* lædat.

Fidejussoribus igitur non licet, causam suam facere, neque iis jus esse potest interponendi se, aut satisfactionem, addita belli etiam comminatione, postulandi, nisi eo casu, quo ipsi parti læsæ, per ea, quæ Articulo 35. cauta sunt, hoc jus competat, atque, si ab eo hoc Nomine requisiti fuerint & interpellati.

Auctor tædiosus & totus est in eo, quod Requisitionem partis læsæ *necessario* requirat, *novit enim Civitati hæc minus licere, sed per vim impediri. Nam si Principes alii eorum causam in fœdere egerunt, necesse quoque est, ut Civitati de Jure liceat*, Sponsores *& Patronos adire, quo suam auctoritatem interponant, aut* eandem causam suam faciant.

Atque hanc potissimum ob causam fidejussores pacis hujus nominati, & guarantiæ constitutæ fuerunt, ut ne lites, facile in bellum erumperent, quod ipsa verba Articuli 36. & is, quem supra allegavimus, Sueticus & Brandenburgicus Historiographus:

Puffendorff. Histor. Caroli Gustavi Lib. VII. §.12. pag. 611. abunde testatur.

Belli comminatio facta, *ab Auctore pro injuria fere non semper habetur, quod sane esset concedendum in alio Casu, ubi sola amicabilis interpositio adhiberetur, sed fœderis ipsissima verba*, bellique minæ *ex Tabb. Pacis deprompta, quod sint adhibitæ, quis taxare hæc potest; imo mirandum, quod illi, qui propterea intemperatiores à Polonis dicuntur, post tot verba in aures frustra emissa, à manibus atque armis sibi temperarint.*

Quod si etiam Fidejussores requirendi sint, singuli, qui Paci huic accesserunt eo nomine rogandi & compellandi erunt. Inprimis Rex Galliæ Chri-

Omnes ac singulos, ad requisitionem *scilicet impossibilem, adesse debere, putat Auctor, & in iis, qui absunt, summam fiduciam collocat. Num*

stianissimus, cujus opera Pax Olivensis composita fuit, quem omnes, ut hanc Fidejussionem susciperet, rogarunt, & qui in ipsis Pacis Tabulis eam solenniter in se recepit; nec minus Rex Hispaniarum, qui à Regis Poloniæ & ab Electoris Brandenburgici Legatis Fidejussor nominatus est, atque has partes suscepisse, se, statim post Pacem conditam declaravit.

Num credit Galliæ Legatum, si adesset mitius de hac re judicaturum? Nondum ne suboluit, quid novi Poloniæ ex fœdere illo inter Galliam, Angliam & Prussiam portendatur? Non obscurè in primo Articulo Causa Thorunensis est posita, copiæque nominatæ, quibus reparari possit injuria & violentia fœderi facta. Sunt & alia in Gallia reperiunda, quæ si vel maxime hæc occasio fœderis deesset, è recentiori fœdere causam maximi belli nullo negotio producere possent.

Denique etiam Fœderati Belgii Respublica, quæ pariter denominata fuit, quamvis utrum ea Guarantiam hanc acceptaverit non satis constet. Enimvero supervacuum est, hac de re plura verba facere. Satis manifestum est, Pacem Olivensem à Republica nostra per Sententiam in Causa Thorunensi pronunciatam, nulla ratione esse violatam.

Fœderati Belgii Respublica *ad minimum* Guarantiam *non recusavit*, acceptasse *vero Legatus inde missus testatur*, *quamvis* supervacaneum sit, de his verba facere, *nam* manifestum est, *si vel sexcentæ Legationes adessent, omnesque uno ore profiterentur, injuriam & vim paci esse factam, verbis nihil penitus efficient, ut scilicet Poloni ab iis, quæ semel pro Tribunali edixerunt, vel latum unguem recedant,*

Quod si ergo quis ex iis, qui pacem nobiscum inierunt, hoc solo prætextu usus, ad arma venire, & nulla à nobis accepta injuria bellum nobis inferre velit, is ipse potius ruptæ ac violatæ pacis hujus jure argui poterit.

Quare & confidimus, si id contigerit, cæteros Paciscentes & Fidejussores, Nostris partibus accessuros, suaque Nostris armis sociaturos esse.

Qua de re nullo fundamento innititur spes *Auctoris* fore, *ut in* Casu belli, *quod & injuria & pertinacia sibi facillime attrahere possunt*, cæteri Paciscentes *arma cum Polonis sint sociaturi*, *cum* unici Hispani *supersint*, *de quorum sententia nihil adhuc constat*, *qui insuper Belgii jactura sufficienter edocti sunt*, *quod summa Detrimenta Regnis ex intempestivo*

tempestivo zelo Religionis, & infractione Jurium fundamentalium accidant, ut Polonos suo exemplo, si etiam quam maxime taceant, cautius mercari doceant. Eorum vero auxilium & copias usque à Columnis Herculis & finibus terrarum expectare, nimia Auctoris est confidentia.

Speramus etiam fore, ut Regnum Angliæ, quo cum nostra Respublica continenter pacem, atque amicitiam coluit, & quo cum semper pacem colere cupimus, hæc probe perpendat, & se non Contra nos, sed à Nobis & Nostri causa ad Pacis hujus Fidejussionem nominatam esse cogitet.

Si Poloni cum Anglia Pacem colere cuperent, idemque à parte Angliæ expectandum esse sperarent, *qua quæso ratione accidere potuisset, ut Legatus adeo inordinato modo repelleretur magis quam reciperetur? imo ut summis minis, si timidum reddere possent uterentur?* ut *scilicet* discat monitus justitiam & non temnere Divos. *Quæ, qualis & quanta igitur Auctoris spes, ut amicitiam & tranquillitatem in rebus adeo exulceratis expectare possit.*

De Aula vero Prussica rationes plures sunt, quamobrem id nobis polliceamur.

Inter has procul dubio non minima, *quod Regis Prussiæ vires à Polonis sine omni ratione rideantur, quamvis Copiæ ejus vel decies numerorum Polonorum superent.*

Electoratus Brandenburgicus in ipsa Pacificatione Olivensi cum nostro Regno ab una parte stetit; Pacta quoque Velaviensia Aulam hanc ad perpetuum & inviolabile fœdus nobiscum obstringunt, quibus promisit, se fidam Nobiscum Amicitiam & Unionem culturam, neque unquam cum hostibus Regum & Regni nostri fœdus, directe, in præjudicium Regum Nostrorum aut Reipublicæ nostræ inituram, adeoque multo minus arma adversus nos capturam esse.

De hoc, quæ Auctor allegat nullum est dubium, promisit enim denuo Aula Borussica se propter Pacta Velaviensia *& alias rationes* amicitiam & unionem culturam. *Ubique tamen supponitur: Si à Polonorum parte fides & fœdera serventur, injuriæ reparentur, sine his enim nulla* amicitia aut unio *subsistere potest.*

Russorum hic nulla injicitur mentio, quamvis certum sit, causam Thorunensium, imo omnium Dissidentium,

um læsam, quoque ad Tractatus Varsavienses pertinere, quorum Imperator Serenissimus Mediationem in se suscepit. Cavetur autem Articulo primo, ut omnes Status in eadem situatione conserventur. Dissidentium autem & Borussorum Status per intempestivum zelum Religionis maximopere est immutatus. Articulo vero IV. jubentur Dissidentes retinere templa, quæ ante Confœderationem Anni 1632. habuerunt, unico templo Gedanensi excepto, quod sæpius & graviter est violatum, & ni fata intercessissent, ab hac citius, quam ab aliis Partibus Poloni experti essent, quid sit fœdera frangere. Neque ullum est dubium, quin Serenissima Imperans, compositis aliquantum Russiæ rebus, de iis exequendis, quæ quasi per Testamentum ipsi sunt tradita, sollicita sit futura.

Quod reliquum est, licet sperare non possimus, nos, ea, quæ diximus, iis, qui præjudiciis plane præoccupati, & affectuum vehementia abrepti, nil nisi bellum & turbas quærunt, probaturos esse, id ab iis tamen, qui caussas rerum probe expendere consueverunt, & moderatioris sunt animi, atque pacem & tranquillitatem amant, facile nos impetraturos credimus, aut ut nobis Assensum omnino præbeant, aut rem certe ulteriore indagatione & disquisitione dignam esse censeant, atque adeo judicium tantisper suspendant.

Quod itaque reliquum est, speramus *fore, ut Auctor una cum iis, qui eadem sentiunt,* præjudiciis suis adeo manifestis amplius non indulgeant, & moderatiori animo, *quam hactenus factum est, res adeo exacerbatas tractent, & quam citissime reparationem omnium injuriarum faciant, ne* se ex pace & tranquillitate, *qua adhuc aliorum lenitate fruuntur, in funestissimum bellum, fœdere ipso jubente, conjiciant, & posthæc tristissima experientia edocti, (possent etiam pristinorum reminisci)* omnes & vel minimas res *in fœderibus comprehensas,* patientiori indagatione & disquisitione, *quam in casu Thorunensi factum est, dignas esse judicent, inprimis summopere esse necessarium, ut* Judicium suum, *donec talia cum Arbitris communicari, & decidi possint,* tantisper suspendant.